R-10427

# CONCILIORVM OMNIVM ORTHODOXORVM, GENERALIVM, NATIONALIVM, ET

Prouincialium, quæ ab origine naſcentis Eccleſiæ ad noſtra hæc vſq; tempora celebrata ſunt, Index, Chronographia, ſeu Epitome. Breui compendio ea omnia complectens quæ epiſtola nuncupatoria huius operis referuntur, multo etiam plura Concilia recenſens, quàm quæ in voluminibus Conciliorum reperiuntur.

*PER FRANCISCVM PADILLAM Doctorem Theologum Cathedræ Primariæ Sacræ Theologiæ in Hiſpalenſi academia quondam moderatorem, nunc vero Eccleſiæ Malacitanæ Primicerium.*

Del Collegio Mr. y Rl. de Sta Cruz

CVM INDICE QVADRVPLICI, ET alijs ad Conciliorum doctrinam pertinentibus, quorum catalogum verſa pagina continet.

CVM PRIVILEGIO.

*Madriti excudebat Frāciſcus Sa*

Anno Domini. 1587.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 3º C. 5º N. 6º

A
25
199

R-10427

# CONCILIORVM OMNIVM ORTHODOXORVM, GENERALIVM, NATIONALIVM, ET

Prouincialium, quæ ab origine naſcentis Eccleſiæ ad noſtra hæc vſq; tempora celebrata ſunt, Index, Chronographia, ſeu Epitome. Breui compendio ea omnia complectens quæ epiſtola nuncupatoria huius operis referuntur, multo etiam plura Concilia recenſens, quàm quæ in voluminibus Conciliorum reperiuntur.

*PER FRANCISCVM PADILLAM*

*Doctorem Theologum Cathedræ Primariæ Sacræ Theologiæ in Hiſpalenſi academia quondam moderatorem, nunc vero Eccleſiæ Malacitanæ Primicerium.*

CVM INDICE QVADRVPLICI, ET alijs ad Conciliorum doctrinam pertinentibus, quorum catalogum verſa pagina continet.

CVM PRIVILEGIO.

*Madriti excudebat Frãciſcus Sa*

Anno Domini. 1587.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 3º C. 5º N. 6º

i 1625 7200

IN STVDIOSORVM GRATIAM PRAE-
poſita ſunt Indici, ſeu Chronographiæ Conciliorũ, pro exactiori huius doctrinæ cognitione, pro legomena & quæſita quædam, valde ſcitu neceſſaria; videlicet.

- .1. Quid ſit Concilium, & de ſignificatione horum nominum Synodus, & Concilium.
- .2. De partitione Conciliorum.
- .3. De origine Conciliorum & quando & qualiter celebrari debeant.
- .4. Ad quem expectet congregare Concilia.
- .5. Ob quas cauſas Concilia ſint celebranda.
- .6. Quæ perſonæ intereſſe debeant Concilijs.
- .7. De vtilitate Conciliorum.
- .8. De auctoritate eorundem.
- .9. Quibus Concilijs præſederit Papa.
- .10. Quæ Concilia fuerunt congregata auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & quibus preſederint eius Legati.
- .11. Quę Concilia fuerint approbata à Sede Apoſtolica, vel ab aliquo Generali Concilio.
- .12. De ratione annumerandi Concilia tam Generalia, quam cetera huius Chronographię.
- .13. Quę Concilia cenſeantur fuiſſe Nationalia.
- .14. Cathalogus librorum & auctorum ex quibus Concilia huius Chronographię fuerunt excerpta.

*IN CALCE LIBRI QVADRVPLEX Index appoſitus eſt.*

*Primus, omnia Concilia refert, quo ordine ſunt celebrata.*

*Secundus, eadem Concilia ſecundum ordinem Alphabeti recenſet.*

*Tertius, onomaſticam immo & chorographicam expoſitionem vrbiũ, ſeu locorum, in quibus dicta Concilia ſunt celebrata continet.*

*Quartus, demũ res & ſententias quæ ijſdem Concilijs continentur, breuiter demonſtrat.*

*DON Phelipe por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ieruſalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valẽcia. de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaẽ, de los Algarues, de Algezira de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidẽtales Islas, y Tierrafirme del mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brabante y Milan, Conde de Abſpurg, de Flandes, y Tirol y Barcelona, Señor de Vizcaya, e de Molina, &c. Por quanto por parte de vos el Doctor Padilla, Chantre de la ygleſia mayor de Malaga: nos fue fecha relacion, diziẽdo, que vos teniades eſcripta la materia y doctrina de los ſiete Sacramentos de la yglesia Catholica en lengua latina, compueſta y ordenada en ocho tablas, vna delos dichos ſiete Sacramentos en comun, y de cada vno dellos otra en particular. La qual manera de compoſicion, demas de ſer muy vtil para la claridad y diſtincion de las dichas materias era muy prouechoſa para la retener con facilidad en la memoria toda la dicha doctrina, y teniades anſi miſmo eſcriptos y compueſtos en otra tabla, todos los Concilios catholicos, anſi generales como prouinciales, que ſe auian celebrado deſde la primitiua yglesia, haſta el tiempo preſente, y otras dos tablas que contenian la diuiſion, y numero de todos los libros de la Biblia, y la ſuma de lo que en cada vno delos dichos libros ſe contiene,*



*y el*

*y el numero de los capitulos de cada libro, y otra tabla de la preparaciõ que deue hazer el Sacerdote para celebrar, y anſi miſmo dos tablas de Retorica y vna de Philoſofia, en que ſe contenia toda la materia de los Meteoros de Ariſtoteles, ſuplicandonos os mandaſſemos dar licencia para lo poder hazer imprimir, o como la nueſtra merced fueſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto en las dichas obras, ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuamente ſobre lo ſuſo dicho diſpone. fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta, para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual damos licencia y facultad, a qual quier impreſſor deſtos nueſtros Reynos, para que por eſta vez pueda imprimir las dichas obras que de ſuſo ſe haze mencion, ſin que por ello cayga ni incurra en pena alguna, y mandamos que la tal impreſſion ſe haga por los dichos papeles originales, que va firmado y rubricado cada vno dellos de Alõſo de Vallejo nueſtro eſcriuano de camara, y vno de los q̃ en el nueſtro conſejo reſiden, y deſpues de impreſſo no ſe pueda vender, ni venda, ſin que primero ſe trayga al nueſtro Conſejo juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſſion eſta conforme a el, y ſe taſſe. en lo que cada volumen ſe ouiere de vender ſopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nueſtros Reynos. E non fagades ende al ſo las dichas penas, y mas de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra*

*nueſtra camara. Dada en Madrid a veynte y ocho dias del mes de Dizjembre, de mil e quinientos y ochenta y tres años.*

*El Conde de Barajas. El Licenciado Iuan Thomas. El Licenciado don Pedro Portocarrero. El Licenciado don Fernando Niño de Gueuara. El Licenciado Chumacero de Sotomayor. El Licenciado Nuñez de Boorques. El Licenciado Franciſco de Vera, y Aragon.*

Yo Alonſo de Vallejo eſcriuano de camara de ſu Mageſtad, la fize eſcriuir por ſu mandado, con acuerdo de los del ſu Conſejo.

Regiſtrada. Iorge de Olaal de Vergara. Chanciller mayor, Iorge de Olaal de Vergara.

# EL REY.

POR Quanto por parte de vos, el Doctor Padilla, Chantre de la ygleſia mayor de Malaga, nos fue hecha relacion diziendo, que vos teniades eſcripta la materia y doctrina de los ſiete Sacramentos de la ſancta ygleſia Catholica en lengua latina, compueſta y ordenada en ocho tablas, vna delos dichos ſiete Sacramentos en comun, y de cada vno dellos otra en particular. La qual manera de compoſicion, demas de ſer muy vtil para la claridad y diſtincion de las dichas materias, era muy prouechoſa para la retener con facilidad en la memoria toda la dicha doctrina, y teniades anſi meſmo eſcriptos y compueſtos en otra tabla, todos los Concilios Catholicos, anſi Generales, como Prouinciales, que ſe auian celebrado deſde la primitiua ygleſia, haſta el tiempo preſente, y otras dos tablas que contenian la diuiſion y numero de todos los libros dela Biblia, y la ſuma delo que en cada vno de los dichos libros ſe contenia, y el numero delos capitulos de cada libro, y otra tabla dela preparacion que deuia hazer el Sacerdote para celebrar, y anſi miſmo dos tablas de Retorica, y vna de Philoſophia, en que ſe cõtenia toda la materia delos Meteoros de Ariſtoteles. Suplicandonos os mandaſſemos dar licencia para lo poder imprimir, y priuilegio por el tiem

po

po que fueſſemos ſeruidos, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, por quanto enlas dichas tablas, y obras, ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos ſobre ella fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual os damos licencia y facultad para que por tiẽpo y eſpacio de diez años cumplidos, primeros ſiguientes, que corren y ſe quentan deſde el dia dela data deſta nueſtra cedula en adelante, vos, o la perſona q̃ para ello vueſtro poder vuiere, y no otra perſona alguna, podays imprimir y vender las dichas obras que de ſuſo ſe haze mẽcion, y por la preſente damos licencia y facultad, a qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos que vos nombraredes, para que por eſta vez las pueda imprimir, con que deſpues de impreſas, antes que ſe vendan, las traygays al nueſtro Conſejo, juntamente cõ el original que enel fue viſto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin de Alonſo de Vallejo nueſtro eſcriuano de camara delos que enel nueſtro Conſejo reſiden, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a ellas, o traygays fe en publica forma, en como por correctorpor nos nombrado ſe vio y corrigio la dicha impreſiõ por los originales, y ſe imprimio conforme a ellos, y que quedan anſi miſmo impreſſas las erratas por el apuntadas para en cada tabla de las que anſi fueren impreſſas, y ſe os taſſe el precio que por cada vna ouieredes de auer, y mandamos que durante el dicho tiẽpo, perſona alguna ſin vueſtra

licencia

licencia no lo pueda imprimir ni vender, ſo pena, que el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda qualeſquier tablas y moldes que dellas tuuiere y vẽdiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena, ſea la tercia parte para el que lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara, y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente e Oydores de las nueſtras audiẽcias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y corte y chãçillerias, y a todos los corregidores Aſsiſtente Gouernadores Alcaldes mayores y ordinarios y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros Reynos e Señorios, a cada vno dellos en ſu juriſdiciõ, anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced, que anſi vos hazemos, y contra ella, no os vayan ni paſen, ni conſiẽtan yr ni paſar en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Fecha en el Pardo a diez dias del mes de Octubre de mil y quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Antonio de Eraſſo.

*DON GARSSIAE DE Haro, quondam Gadicenſi, nunc vero Malacitano Præſuli digniſſ. ſuus Frãciſcus Padilla. D. Theologus. S.*

DVO ſunt ornatiſsime Præſul, (vt cum Diuo Epiphanio loquar) quæ Catholicę religionis ſummã continẽt, videlicet, *Recta Fidei ſententia, & Eccleſiaſtica diſciplina.* quę quidem duo, & quid credere, & quid agere debeamus, nos docent. Hęc autem, non aliunde certius haberi poſſunt, quàm ex approbatis Sancto-

Sanctorum Eccleſię Patrum Conciliјs, quibus & ea quæ ad orthodoxam fidem, & ea quæ ad fidelium mores, & Eccleſiaſticam diſciplinã pertinent, exactiſsime ſunt diffinita, proptereaq́; ſemper, Conciliorum cognitionem, non ſolum vtilem, verùm apprimè cuiq́; fidelium, neceſſariam eſſe duxi, eorumq́; lectioni, aſiduè libenter incubui. Sed cum immenſi penè operis exiſtimarem, tantam molem librorum ſemper euoluere (vt omnes ſumus breuitatis amatores) cupiens in pauca, multa cõferre, Indiculum mihi, ſeu Epitome Conciliorum omnium, Generalium, Nationalium, & Prouincialium (vt vocant) quorum notitiam habere potui, in hanc Tabulæ figuram

figuram, hiſq́; deliniationibus compegi, quo breuiter, ac ſummatim annotaui, Quo tempore, vel circiter, Quo veſedente Põtifice, & quo gubernante Imperatore, vnum quodq́; eſt celebratum, Quo etiam loco, Quibuſq́; de cauſis fuerit coactũ, Quotq; Patres cuilibet inter fuerunt Cõcilio, Quę ve præcipue in quolibet eorum fuerunt decreta, ac deffinita. Deſcripſi præterea quibus Conciliјs præſederit Papa, vel eius Legati. Ac demum; quæ Sedis Apoſt. auctoritate fuerint congregata, ſeu confirmata, vel ab aliquo alio Cõcilio poſtea approbata. Quorum omniũ noticia, quam ſit ſtudioſo cuiq́; opportuna, & jocunda, facile quiſq́; iudicare poterit. Cum au

 tem

tem amicorum præcibus indulgẽs, quorum deſiderijs obſequi, mihi ſemper religio fuit, hæc prælo mandare propoſuiſſem, non anceps fui, quin hæ(qualeſcunq; ſint) meæ lucubrationes, tibi præcipuè dicandæ forent, ſacrorum Canonum ſtudioſiſsimo, Sanctorumq; Conciliorũ obſeruatori vigilantiſsimo. Sciebã enim, me hoc tibi maximè debere, propter tuam in me ſingularem beneuolẽtiam, collataq; beneficia, quibus me tibi, iam olim deuinxiſti. De cuius laudibus, nihil hic ſcribẽdum cenſeo, quod ea, quæ in te, laude digna ſplendent(videlicet, generis nobiliſſimi Regia proſapia, ſanctiſsimi mores, vitæ probitas, religionis zelus, animi fortitudo, in proſperis prudentia

prudentia, in aduerſis conſtantia, cęteræq; eximiæ virtutes, quibus tibi aditũ ad maximas dignitates præparaſti) notiora ſint omnibus, quã vt me laudatore indigeãt. Sed ne te multis morer, Quod à te(Præſul integerrime) quàm ſtudioſiſsimé obtinere cõtẽdo, id eſt, vt hos dedititij tui qualeſcunq; labores, tibi dicatos, benigne amplectaris, tanquãm pignus amoris, & obſeruãtię in te meę. Quos, ſi tua lectione dignaberis, gratosq; tibi eſſe perſpexero, maximi beneficij loco reponam, curaboq; ante multos dies, quædam alia nomini tuo dicare, quæ grata magis fortaſe videbuntur. Vale Madritij Kalendis Septembris. Anno. Domini. 1587.

## Candido Lectori. S.

*INdicem hunc Conciliorum, ( quem quia rationem red-
dit temporum Chronogra-
phiam, quia omnia quæ fo-
lio primo referuntur, ſumma
tim complectitur Epitome libuit appellare ) in
tabulæ figuram nuper a me editum, in libri for-
mam redigere libuit, quo melius, & cōmodius
delineationes in prototypo exaratæ (quæ in ta-
bula propter chartarum anguſtiam omiſſæ fue
rant) ad eiuſdem prototypi normam redderen-
tur. Sed cum iam liber excuſſus eſſet , mehercle
penituit nō ſemel huius cōſilij, & quod ingenue
fatear, illud Naſonis ſæpe mihi in mentē venit*

Cum relego ſcripſiſſe pudet, quia plurima cerno,
Me quoq; qui fæci iudice, digna ligni.

*Verum enimuero, quamuis in exquirendis
& è cimerijs tenebris eruendis varijs Conci-
lijs, quorum in hoc libello vltra centum (præter
ea quæ voluminibus Conciliorum tipys ſunt
excuſſa) referuntur, non mediocrem adhibue-
rim operam, cum tamen Indicem hunc hincin-
de corraſum mihi compaginarem, non alio conſi
lo in tabulæ figurā, illū libuit exarare, quā vt
in domeſticis & incluſis ſtudijs eo vterer in
ſubſidium memoriæ, vt (ſi quando opus eſſet)
preſto, ac ſine moleſtia diſquirendi, ad manus
haberē, alicuius Cōcilij aliquod ex precipuis de
finitis, vel ſi collibitū fuiſſet, ſcire poſſem, quo tē
pore, vel quæ ſub quouis fuerūt Pōtifice, coacta
Cōcilia, & ut vno verbo dicā, vt omnia quæ
collegerā Cōcilia, unico intuitu, ob oculos habere
poſſem. Cū autē varietate & multitudine re
rū, obrui, & impediri ſoleat memoria, breuiter
vero dicta, aut ſcripta legēdo facilius perci-
piātur, & fidelius retineātur, breuitati quantū
potui ſtudui, & plura omiſſi, quæ ſi de prælo co
gitaſſem, non omittenda decerneſē. Et poterant
hæc quidem quamuis rudia, & informia, ac
propemodum ſine methodo, vtcunq; paginis
ſolutis, in tabulæ figura, & ſub Indicis for-
ma, in publicum prodire, vt eodem quo
mihi*

*mihi, aliȷs vſui eſſent, non quidem heroibus & acumine ingenij, amplaq; literarum ſupelectile præditis, ſed vel tyronibus, vel rudibus, meiq; ſimilibus. At, non ſum tam petulans, aut omnino hebes, vt inficias eam, quin, vt hæc in libri forma excudi mererentur, oporteret ea exactius, & copioſius pro rei dignitate, altiori indagine fuiſſe exarata. Sed qualiacumq; hæc ſint fortaſe hic noſter male ſartus index, indiſcuſſuſq; labor, aliquid iuuare poterit ad acuendam doctiorum, potentiorumq; diligentiam, vt ex hoc veluti adminiti, tot in voluminibus Conciliorum deſiderari Synodi, ſumma ope nitantur, vt ſiqua fieri poſsit, quæ iam extant (ex archetypis exemplaribus demerſis, ſua vero induſtria, atq; ope in lucem reuocatis) integriora atq; emendatiora prodeant, & quæ deſiderari videntur exquirant, & vacuas quas hoc indice oſtendimus lacunas, replere contendant, quod quantum è republica futurũ ſit quilibet exiſtimare poterit, ſed ij facilius, & verius, qui aliquando Conciliorum admi-*

*niculo*

*niculo deſtituti in doctrina fidei, & morum ſunt verſati, Tantum quid ego in hoc præſtare ſim conatus, ingenuus, & æquus exiſtimator velim intelligat lector, in cuius gratiam, hæc quæ ſequuntur, meo Indici præmittere volui, quæ non omnino ingrata aut inutilia futura eſſe ſpero.*

## QVID SIT CONCILIVM & de ſignificatione horum nominum, Synodus, & Concilium.

SYnodus iuxta Gratiani ſententiam in cap. Canones. 15. diſtin. ex præfationi Iſidori in opus Cõciliorum, ſi tamen Iſidori eſt, ex Græco interpretatur comitatus vel cætus, Concilij vero nomen tractum eſt ex more Romano, tempore enim quo agebantur cauſę conueniebant omnes in vnum, & communi intentione tractabãt, vnde, & Concilium à communi intentione dictum eſt, quaſi Concilium. C. in S. literam tranſeũte, vel Concilium dictum eſt, à communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnem mentis obtutum,



Cilia

BIBLIO… UNIVERSITARIA

Cilia enim oculorum ſunt, vnde qui ſibimet diſſentiunt non agunt Conciliũ, quia non cõſentiunt in vnũ. Cętus vero cõuentus eſt, vel cõgregatio, à coeundo, ideſt à conueniendo in vnũ, hinc etiã cõuẽtus eſt nuncupatus, eo q ibi omnes conueniunt in vnum, ſicut à conuentu cætus dicitur, ſic & Concilium, a ſocietate multorum in vnũ appellatur. Hæc Gratianus loco prædicto.

De diſinitione vero Concilij, Cano Epiſcopus Canarienſis libro. 5. de Locis Theologicis cap. 21. nomine (inquit) Synodi, vel Concilij (eadẽ quippe res eſt) patres noſtri ſemper intellexerunt congregationem Epiſcoporum in locum vnum, vt cauſas eas diffiniant, quę ad Eccleſiæ, ſiue fidem, ſiue mores pertinent.

## De Conciliorum partitione.

CONcilia Gratianus bifariam partitur, in capit. Regula diſt. 3. in Vniuerſalia videlicet, & Prouincialia, & Rurſus, Prouincialiũ (inquit) alia celebrantur auctoritate Pontificis Romani, pręſente videlicet, Legato Sãctę Romanæ Eccleſię. Alia uero auctoritate Patriarcharum, vel Primatum, vel Metropolitanorum ęiuſdem Prouincię. Hæc Gratianus.

Sed hęc diuiſio non omnino probatur Cano Canarienſi Epiſcopo lib. 5. de Locis Theologicis, cap. 3. Nec enim (inquit) ſolum Generales, & Prouinciales Synodi fiunt, ſed etiam Epiſcopales.

Concilia Generalia vocat, quæ omnium Chri-

ſtianorum

ſtianorum Pontificum conuocatone celebrantur, quamuis non omnes Epiſcopi generaliter congregentur, non enim ſi vnius, vel alterius Prouinciæ Epiſcopi ad Concilium non venerint, deſinet propterea eſſe Generale.

Prouincialia (inquit) Concilia ſunt, cum a Metropolitano, vel Primate, omnes vnius Prouinciæ, aut etiam Regni, Pontiſices euocantur.

Epiſcopalia ſunt, Synodi Sacerdotum, quæab Epiſcopis ſingulis, in ſuis dioceſibus haberi ſolent, ob priuatas ſingularium Eccleſiarum cauſas.

Rurſus Conciliorum (inquit) Generaliũ, ſiue Prouincialium, ſeu Epiſcopalium, quędam ſunt congregata Romani Pontificis auctoritate, alia vero nõ item. Rurſum alia confirmata ab eodem Romano Pontifice. Alia vero non ab eo confirmata, de quorum omnium auctoritate, paulo poſt, dicetur.

Didacus vero ab Alaua Epiſcopus quondam Abulenſis, poſt vero Cordubenſis, in tractatu quem edidit Conciliorum, quadrifariam partitur Concilia.

Notandum eſt (inquit) Conciliorum, & Synodorum Eccleſiaſticarum eſſe quatuor ſpecies, Eſt enim (inquit) Concilium Epiſcopale, Prouinciale, Generale, quod & Vniuerſale quidam appellant.

Aliud, & quartum quod medias partes obtinet, inter Prouinciale, & Generale, de quorum ſingulis, ex multis quæ ipſe diſſerit pauca referam.

Epiſcopale (inquit) Concilium eſt illud quod



celebrat

celebrat Epiſcopus cum Abbatibus, & clericis ſibi ſubditis ad ea tractanda que ad curam paſtoralẽ attinent.

Prouinciale eſt illud quod Archiepiſcopus, vel Primas alicuius prouinciæ congregat, conuocatis Epiſcopis eiuſdem prouincię, ad ea negotia definienda quę pertinent ad totius prouinciæ ſpiritualem adminiſtrationem.

De Concilijs autem Generalibus illud (inquit) eſt præmitendum quod duplici ratione poſſunt cõſiderari. Primo quidem ex parte eorum, qui ad ea vocantur. Secundo ex ratione auctoritatis. Nã quoties auctoritate Romani Pontificis negotium totius Eccleſiæ tractatur, conuocatis ex omnibus totius Chriſtiani orbis prouincijs, Catholicis Epiſcopis, dicitur hæc congregatio Concilium Generale primo modo, aut Vniuerſale, idemq; œcumenicum: quia œcumene græca dictio orbem terrarum ſignificat. Hoc Concilium, plenarium â quibuſdam appellatur. Huius Concilij meminit gloſſ. in ſumma Decima ſeptima diſtinctione, quam ibi doctores ſequuntur: & probatur ex pluribus eiuſdem diſtinctionis Canonibus, & cap. ſignificaſti, de elect. & cap. regula §. porro. 3. diſtinct.

Sed ſi ab ipſo Romano Põtifice Cõciliũ celebretur, nõ quidẽ vocatis totius orbis Chriſtiani Epiſcopis (congregatis tamen Italię prælatis, aut alterius prouintiæ) ad definitionẽ alicuius negotij cõſtituẽdam, quę apud omnes Chriſtiani principatus prelatos, vt vniuerſale dogma recipiatur, hoc Conciliũ Generale, & Vniuerſale dici poterit: non primo,

ſed

ſed ſecundo modo: nempe ratione vniuerſalis auctoritatis, quam habet ab ipſo Chriſti vicario, quẽadmodum explicat Cardinalis, a Turrecremata in lib. 3. de Eccleſia cap. 3. & in ſumma decimaſeptima diſtinct. artic. primo. Prępoſitus in cap. Canones num. decimoſeptimo, diſtinct. decimaquinta. Hæc vero poſterior Vniuerſalis Concilij appellatio non ita, vt prior, propria eſt: ex ea tamen quarta Conciliorum ſpecies deducitur.

Eſt enim Conciliorum ſpecies, quę medias obtinet partes. Nam quædam Concilia ita ſunt inſtituta, & celebrata, vt nec Prouincialia, nec Generalia, aut Vniuerſalia dici proprie poſsint. Conciliũ ſiquidem ab ipſo Romano Pontifice de rebus vniuerſalibus, cum paucis Epiſcopis congregatum, etiam ſi Vniuerſalem auctoritatem habeat, Vniuerſale, aut Generale vere, ac proprie dici non poteſt: nec tamen Prouinciale recte appellabitur.

Huiuſmodi plura ſunt Concilia, quę Romæ â Pontificibus (vocatis proximis Epiſcopis, & Cardinalibus) congregata fuerunt: atq; ita commemorantur plura Romana Concilia, quæ Generalia minime dicuntur: quod paulo poſt demonſtrabitur. Sic Concilium illud, cuius meminit Lucas Actorũ Capite decimo quinto, proprie Generale non fuit, quia ad id minime fuere vocati omnes Apoſtoli, nec alij curam ſpiritualem eo tempore, vt prelati habentes. Et idem dicendum, eſt de Concilijs quæ Romæ Victor Primus ſuper Paſchatis ſolemnitate, & Cornelius aduerſus Nouati hereſim ante Nicenam Synodum, & Sylueſter, & Iulius primus

 poſt

poſt eandem Synodum Nicenam habuere, quę tamen Concilia abſq; dubio nuſquam Generalia dicta fuere. Et circa Canones quæ ex eiſdem Concilijs tanquam ex Generalibus, & præſentia Romanorum Pontificum fulcitis citantur, animaduertendum eſt, eos Canones editos fuiſſe à Romano Pontifice in Concilio Generali, ſic dicto, ratione auctoritatis Romani Pontificis dicto Concilio preſidentis, ſed nō proprie, quia nō omnes totius Eccleſię Epiſcopi, ſed pauci, ad eā Synodū fuere vocati.

Rurſus è contrario quedā Concilia Prouincialia nominantur, & cenſentur, quę tamen proprie Prouincialia non ſunt: etenim Prouincialia dicuntur proprie, quę ab Archiepiſcopo, Primate, aut Patriarcha, conuocatis eiuſdem prouinciæ Epiſcopis celebrantur. Et hac ratione omnia Concilia olim ante cladem illam Hiſpaniarum, Arabibus eas ocupantibus, celebrata, Prouincialia ſunt.

Alia tamē fuere ab initio renaſcētis eccleſię cōgregata, quę etſi Prouincialia dicūtur, pluriū tamē prouinciarū Epiſcoporū conuentus, & congregatio efficit quidem, vt fere Generalia ſint, aut medias partes obtineant, inter Prouincialia & Generalia, qualia fuere Conciliū Antiochenum aduerſus Paulum Samoſatenum ſub Dioniſio Papa: Ancyranū ſub Marcello: Neocæſarienſe ſub Melchiade, & pleraque his ſimilia, quæ nomen Conciliorum Vniuerſalium habere non poſſunt, quia non fuerunt à Romanis Pontificibus celebrata: Nec ad ea vocati fuerunt vniuerſi orbis Epiſcopi: nec item vere Prouincialia ſunt, cum eorum conuocatio modum excedat

cedat

cedat Prouincialiū Synodorum: & preterea negotia tractauerint, omnibus chriſtianæ reipublicæ prouincijs communia. Hæc ſunt quæ prędictus Dicacus de Alaua circa partitionem conciliorum paulo diffuſius diſſerit.

At vero, genus illud conciliorum, quod mediū vocat inter Generale, & Prouinciale, ab alijs non inepte Nationale vocatur, videlicet, ꝙ non ſolum ex Comprouincialibus Epiſcopis, ſed ex vniuerſis alicuius nationis ſeu Regni congregatur, quando videlicet cauſę tractandę, ad totum Regnum, ſeu prouinciam ſpectant, qualia reperiuntur plurima quondam celebrata in Hiſpania, in Gallia, & in Italia, & hanc nos partitionem, in hac Chronographia ſequuti ſumus, & inferius quæ Concilia hoc nomine digna cenſeantur, recenſebimus.

## DE ORIGINE CONCILIORUM, & quando & qualiter celebrari debeant.

APOSTOLI primūm, ceperunt celebrare Concilia, vt in initio huius noſtri Indicis refertur, à quibus leguntur in actibus Apoſtolorum, quatuor celebrata Concilia, & Conciliorum celebrandorum formam, exemplo ſuo tradiderunt. Sed & Canone Apoſtolorum trigeſsimo octauo præcipitur. Vt bis in anno Concilia celebrentur. quod de Prouincialibus intelligendum eſt, quæ ha-



buiſſe

buiſſe originem ab eo Concilio quod Paulus Apo-
ſtolus apud Miletum cōuocatis Senioribus prouin
cię Epheſinæ celebrauit , Actorū capi. vigeſsimo
Cardinalis à Turrecremata libro tercio de Eccleſia
capite tercio, eſt auctor. Qui & Synodalia ſeu Dio
ceſana Concilia, originem habuiſſe ſcribit, ab eo ꝙ
Iacobus Hieroſolimitanus Epiſcopus , conuocatis
Senioribus, habuit Hieroſolimis, pro ſedāda contē
tione , quæ aduerſus Paulum orta fuerat, cuius mę
minit Lucas Actorum capite vigeſimo primo.

De origine vero Conciliorum Generalium Gra-
tianus in cap. Canones. 15. diſtinct. hæc refert. Ca-
nones (inquit) Generalium Conciliorū (vt Iſidorus
ait in libro. 6. Etymologiarum cap. 18. ) à tempori-
bus Conſtantini cæperunt, in præcedentibus nāq;
annis perſecutione feruente , docēdarum plebium
minime dabatur facultas. Inde Chriſtianitas in di-
uerſas hæreſes ſciſa eſt, quia non erat Epiſcopis li-
centia conueniendi in vnum, niſi tempore ſupradi
cti Imperatoris, ipſe enim dedit facultatem Chriſtia
nis libere congregari.

De tempore autem quo Concilia celebrari de-
beant, omiſsis quæ in antiquioribus Concilijs De-
creta ſunt, ea quę in poſterioribus inſtituta ſunt re-
ferremus.

De Concilijs quidem Generalibus in Conſtan-
tienſi Concilio Seſſione. 39. hæc ſunt diffinita .

Hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus, atq;
ordinamꝰ vt amodo Cōcilia Generalia celebrētur,
ita ꝙ primū a fine huius Cōcilij in quinqueniū im-
mediate ſequens, ſecundum vero a fine illius imme-
diate

diate ſequentis Concilij, in ſeptenium, & de inceps
de decennio in decennium, perpetuo celebrentur,
in locis quæ Summus Pontifex , per menſem ante
finem cuiuslibet Concilij, approbante, vel conſen-
tiente Concilio, vel in eius defectum, ipſum Conci-
lium deputare, & aſſignare teneatur.

De Cōcilijs vero Prouincialibus ſaltem triēnio,
quolibet celebrandis, Cōcilium Trid. Seſ. 24. decre
to de Reformat. c. 2. in hæc verba decreuit. Prouin
cialia Cōcilia, ſicubi omiſſa ſunt, pro moderādis mo
ribus, corrigēdis exceſſibꝰ, cōtrouerſijs cōponēdis,
alijſq; ex ſacris Canonibus permiſsis, renouentur.
Quare Metropolitani per ſe ipſos, ſeu illis legitime
impeditis, Coepiſcopus antiquior, intra annum ad
minus à fine præſentis Concilij, & deinde quolibet
ſaltē triennio, poſt octauam Paſchæ Reſurrectionis
Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſeu alio cōmodiori tēpore,
pro more Prouincię nō prętermittat Synodū in pro
uincia ſua cogere, quó Epiſcopi omnes, & alij qui
de iure, vel cōſuetudine intereſſe debent ( exceptis
ijs, quibus cum imminenti peticulo transfretandum
eſſet, ) conuenire omnino teneantur.

De Concilijs aūt Synodalibus , vt refert Gratia-
nus in c. annis ſingulis. 18. diſt. in Cōcilio Bylonēſe
(forte Cabilonenſe) ſic ſtatutum eſt, Annis ſingulis
Epiſcopus in ſua Dioceſi Synodum faciat, de ſuis
Clericis , nec non Abbatibus , & diſcutiat alteros
Clericos, & monachos, De quo etiā Cōc. Trid. Seſ.
24. Decreto & cap. quo ſupra, Synodi quodq; Dio
ceſanæ, quotannis (inquit) celebrētur, ad quas exē-
pti ēt omnes, qui alias, ceſſante exēptione intereſſe
✠ 5 deberent

deberent, nec Capitulis Generalibus ſubduntur, accedere teneantur.

De ordine celebrandi Concilia extant regulæ Eccleſiaſticæ à Sanctis Patribus conſtitutæ, & ab Iſidoro in Codicis vnius corpus collectæ, quæ habentur. 1. Tomo Conciliorum non longe ab initio.

Modus obſeruandus in publica Seſſione Conciliorum, habetur in principio. 4. Tom. Conciliorum.

De modo procedendi in Concilio extat appendix Concilij Baſilenſis. 4. Tom. Conciliorum.

Sed & de modo viuẽdi, & alijs in Cõcilio ſeruãdis extat Decretum ſecundæ Seſsionis Concilij Tridentini, quæ omnia ſtudioſus lector prędictis locis videre poterit.

## AD QVEM EXPECTET congregare Concilia.

SYnodorum congregandarum auctoritas (inquit Iſidorus, forte alius ab Hiſpalenſi, in pręfatione Conciliorum) Apoſtolicę Sedi, priuata commiſſa eſt poteſtate, nec vllam Synodum ratam eſſe legimus, quæ eius non fuerit auctoritate congregata, vel fulta. Hæc Canonica teſtatur auctoritas, hæc hiſtoria Eccleſiaſtica roborat, hæc ſancti patres cõfirmant. Et in epiſtola decretali Marcelli Papæ ad Epiſcopos Antiochenę prouinciæ cauetur, ne vlla Synodus fiat, pręter Sedis Apoſtolicę auctoritatẽ. Et

Et Iulius. 1. in epiſtola ad Oriẽtales Epiſcopos. Ipſi vero (inquit) primę Sedis Eccleſię, conuocandarum Generalium Synodorum iura, & iudicia Epiſcoporum, ſingulari priuilegio, Euangelicis, & Apoſtolicis, atq; Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis. Et rurſus ibidem dicit. Dudum a Sanctis Apoſtolis, ſucceſſoribuſq; eorum, in pręfatis antiquis decretum fuerat ſtatutis, quę hactenus ſancta, & vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere, pręter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari, Quę verba referuntur à Gratiano in Decretis capi. dudum. 3. q. 7.

Et Damaſus Papa in epiſt. ad Stephanum Epiſcopum, & ad Africæ Concilia, Synodum (inquit) ſine Sedis Romanę auctoritate fieri, non eſt catholicum.

Id vero ſic diffinitum fuiſſe in ſancta Generali Nicena Synodo teſtantur AEgyptiorum Epiſcopi in epiſtola ad Fęlicem. 2. quæ habetur. 2. Tomo Cõci. quorum hæc ſunt verba, Scimus (inquiunt) in Nicena magna Synodo, trecentorum decem & octo Epiſcoporum, ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani Pont. Sententia Concilia celebrari. Idem etiam comprobatur, ex capi. 1. 2. 3. 4. & 5. Gratiani Decreti. 17. diſtinctione. Quibus concordat Diuus Thomas in tractatu contra impugnantes religionem, vbi loquens de auctoritate Summi Pontificis, & Conciliorũ dicit, Sancti enim Patres in Concilijs congregati, nihil ſtatuere poſſent, niſi auctoritate Rom. Põtificis interueniẽte ſine qua etiam, Concilium congregari non poteſt.

✠ 6 Quod

Quod & ſequentibus medijs comprobari poteſt.

Primûm ratione ex ſacra ſcriptura deſumpta, legitur enim. 1. Machab. cap. 14. inter alia quæ Simoni Sacerdoti Magno, totius populi, & omnium Sacerdotum conſenſu attributa ſunt hoc ſibi conceſſum eſſe, vt conuentus ſine ipſo nõ fiat in regione, cum ergo ſummum Sacerdotium legis Euangelicæ non minoris imo maioris ſit excelentię quam ſummum Sacerdotium veteris legis, indignum eſſet profecto, ſine Summo Pontifice, vel eius iniuſſu, conuẽtus vel Concilia facere.

2. Conuocatio Collegij, aut Vniuerſitatis, vere, & iure ad eum pertinet qui in eodem collegio principatum & primum locum obtinet, quod ex naturali inſtinctu & ratione adeo manifeſtum eſt, vt probatione non indigeat, Romanus autem Pontifex Princeps eſt omnium prę̃latorum, & eccleſiæ caput, in qua primatum tenet iuxta catholicas Sãctorum Patrum ex Euangelico teſtimonio traditiones, ergo ad eum, & non ad alium expectat Concilia Vniuerſalia congregare.

3. Ratio colligitur ex eo quod vt aliquis poſſit cõgregare Concilium iuriſdictio ei neceſſaria eſt, aut ſaltem poteſtas coactionis in omnes illos qui ad Cõcilium vocandi ſunt, vt inuiti etiam accedere cogantur ſi ſponte nolint, alioqui inanis eſſet conuocatio ſed nullus preter Papam habet hanc poteſtatem ſuper omnes prelatos congregandos, ergo ad eũ pertinet congregare Concilium, antecedens notũ eſt quo ad omnes ſuos partes ergo, & cõſequens. Pluribus id etiam rationibus comprobari poſſet, quas tamen

breuitatis

breuitatis cauſa lubens omitto.

Quamuis autem ad Summum Pontificem pertineat congregare Concilia, & ſi Concilio interſit primum locum, & primam vocem, ſupremamq; auctoritatem tãquam Eccleſiæ caput obtinere debeat, neceſſarium tamen non eſt, quod ipſe Papa Concilio Generali interſit, nulli etenim Synodo ex illis octo prioribus quę Generalia vocantur Romanus Pontifex pręſens fuit, vt ex eorundem Cõciliorum actibus manifeſtum eſt. Imô vt ſcribit Cardin. à Turre Cremata lib. 3. de Eccleſia cap. 11. non ſemper expediret, vt Summus Pontifex concilijs intereſſet, ne aliqua vis ipſi inferatur, vel ab Imperatore, vel ab alijs Principibus ſecularibus, ſi rerum quæ in Concilio tractantur diffinitiones, præter illorum votum, & arbitriũ decernerẽtur. ¶ Illud etiam non eſt pretereũdum, quod ſi Papa Cõcilio interſit, Canones, & Decreta Concilij, edenda & publicanda ſunt nomine Papę, ſub hac forma verborum, vel alia ſimili. *Leo Epiſcopus &c. Sacro approbãte Concilio, &c.* Idq; merito quidem, vt enim Iacobus Naclantus Cluſiẽſis Epiſcopus libro de Papæ, & concilij poteſtate eleganter diſerit. Poteſtas Papę poteſtas eſt capitis, Concilij vero membrorum ſub capite, Illa Paſtoralis, hęc ſibi creditarum ouium, Illa Regia, hæc conſiliaria, Illa penitus diffinitiua, hęc diffinitionis de ambulatoria, Illa à Chriſto proxime hęc ab illo ſed per Summum Põtificem.

Abſente tamen Papa etiam ſi Legati Sedis Apoſtolicæ Cõcilio prę ſideant, Decreta promulgãda ſunt nomine Concilij, quod vtrumq; ſic ſeruatũ

 in

in Concilijs Conſtantienſe, Baſilienſe, Florentino Lateranenſe, Tridentino, & alijs quam plurimis, ex ipſorum Conciliorum geſtis manifeſtum eſt.

In Cōcilijs vero Prouincialibus, quæ (vt ex decreto Cōcilij Tridentini cap. pręcedēti adducto cōſtat) â Metropolitanis congregari poſſunt, Canones & Decreta nomine Concilij edenda ſunt, non nomine Metropolitani, ea enim non ab Archiepiſcopo vel Primate, ſed à iure auctoritatem habent, quod ſi quã do contra factum extitit, id quidem non iure, ſed in iuri., & perperam factum cenſeri debet.

*An vero alius Præter Romanum Pontificem, Concilium Generale indicere valeat, operę pretium erit diſcutere?*

Sunt quidem (non ſolum inter hæreticos, ſed & inter eos, qui catholicorum nomine cenſentur) qui Imperatoribus, ac Regibus etiam, ius indicendi, & congregandi Concilium tribuere velint, quibus fauet, quod Conſtantinus ille Magnus, Nicenum primum Vniuerſale Concilium indixit, Theodoſius Senior, Secundum Conſtantinopolitanum, Theodoſius Iunior, Tertium Epheſinū, Martianus, Quartum Chalcedonenſe, Iuſtinianus, Quintum Conſtantinopolitanum, Conſtantinus Pogonatus, Sextum Conſtantinopolitanum in Trullo celebratum, Conſtātinus. 5. cū Irene matre, Septimū apud Niceam, Baſilius Octauum Generale Conſtātinopoli, celebrari fæcit.

Plures præterea Synodos Prouinciales, auctoritate, & iuſſu ſecularijū Principū indictas, & cōgregatas fuiſſe a diuerſis ſcriptoribus memoria proditū eſt Robertus

Robertus enim Guaguinus eſt auctor, quinq; fuiſſe celebrata Concilia Reformatoria in Gallia, iuſſu Caroli Magni.

Et Gilbertus Genebrardus Synodū apud Theodonis villam per eundem Carolum Magnum congregatam refert. Et Romanum Concilium. 42. (in quo Ioanne Papa. 12. eiecto, Leo. III. eius loco ſuffectus eſt) ab Othone Imperatore dicit fuiſſe congregatum. Et Rhemenſe. II. ſub Ioanne. 16. per Hugonem Capetum collectum. Et Triburienſe. II. ſub Ioanne. XX. iuſſu Conrradi Imperatoris congregatum idem Genebrad. ſcribit.

Sed & Hieronymus Romanus in libro. 5. de Chriſtiana Rep. capit. 1. ab Henrrico. 3. Imperatore Concilium Romę congregatum aſſeuerat, pro ſchiſmate (trium qui tunc ſe pro pontificibus gerebant) diluendo, quod tamen Concilium quo prędicti tres, qui de Pontificatu contendebant expulſi ſunt, & Clemens. II. Pontifex maximus conſalutatus eſt, Genebrardus apud Sutriū, non longe â Roma celebratum refert.

Polidorus etiam Virgilius in hiſtoria Anglorum, duo refert Concilia Anglicana, Alterum Caſſelenſe ſub Alexandro. III. ab Henrrico Rege Angliæ coactum, Alterum Londinenſe. 5. ſub Nicolao, IIII. iuſſu Eduardi Regis congregatum.

Sed & prædictus Genebrardus ex Guagnino & chronicis Francorum alia quinque refert Gallicana Concilia Regum Gallorum iuſſu coacta, videlicet Pariſienſe ſub Clemente. III. â Philipo. 2. Pariſienſe aliud ſub Bonifacio. 9. â Carolo. 6. Et Lugdunenſe

✠ 8

dunenſe ſub Nicolao.5.iuſſu Caroli.7.ad tollendū ſchiſma inter Nicolaum, & fœlicem Ducem Sabaudiæ, antea Amadeum dictum. Et aliud Aurelianenſe ſub Pio.2.a Ludouico.11.Et aliud deniq; Turonenſe ſub Iulio.2.a Ludouico.12.indictum.

Platina, vero, & auctor Hiſtoriæ Pōtificalis in vita Gregorij. 12. Piſanum Concilium a Cardinalibus coactum ſcribunt, in quo Benedictus.13.& Gregor. 12. qui de Pontificatu decertabant acuſati de colluſione abrogantur, & Alexander.5 in Papā eligitur. Quibus & alijs exemplis probari videtur ius indicendi Concilia, Imperatoribus, & alijs etiam Principibus eſſe cōceſſum. ¶ Sed huic obiectioni facilime reſpondetur, quod & ſi Romani Pontifices eandem ſemper habuerint à Chriſto Domino auctoritatem, non tamen olim, ita liberam habebant eius executionem, vt ab omnibus ſibi facile obtemperaretur, imo eis ſepius Orientales Epiſcopi aduerſabātur, vnde ocurrentibus cauſis publicis, pro quibus oportebat Generalem Synodum cōgregare, id muneris Imperatores (quibus tunc maxime Epiſcopi parebant) ſibi vendicabant, ſine quorum etiam cōſenſu, & interuentu, non facile pateret additus, & ſecuritas viarū. Quo factū eſt, vt eorum iuſſu, atq; Decreto, Synodi vniuerſales fuerint cōgregatę, quę tamen precipuam auctoritatem adſequtæ ſunt, vel ex Legatis Apoſtolicis ad eas deſtinatis, vel ex Romanorum Pontificum approbatione, neq; tamen abſq; Papæ conſenſu, & Decreto Synodi illę congregabantur, cuius rei memorabile exemplum traddunt ſcriptores, & refertur a Gratiano, in cap. Cōcilia

cilia decima ſeptima diſtinctione. Cum enim tempore Symmachi Papæ circa annum Domini quingenteſſimum, Theodoricus. 2. Italiæ Rex Concilium indixiſſet, Symmacho Papa inconſulto, Epiſcopi AEmiliæ, atq; Liguriæ, (reſponderunt, nō licere ſibi, Synodū cōgregare, abſq; auctoritate Romani Pontificis, quibus auditis Theodoricus Symmachum requiſiuit, & tandem Symmachus Romæ Synodum indixit, ad quam tūc Epiſcopi Italię conuenierunt. Et in Synodo Chalcedonenſe, quæ fuit.4. Generalis, Actione prima, acuſatur Dioſcorus, quod abſq; auctoritate Romani Pontificis, tentauerit congregare Concilium.

Alia etiam Concilia, quę ab alijs Principibus referuntur congregata, eo ab illis dicuntur indicta, vel coacta, quia prout in plurimum, eorum ductu, ſuaſſione, vel opera, Concilia congregari conſueuerunt. Non quod ad eos pertineat ea cōuocare, cū Generaliū Cōciliorū indictio, & cōuocatio, ad Summum Pontificē, Prouincialiū vero ad Primates, vel Metropolitanos, vt dictum eſt, Dioceſanorum vero ad Epiſcopos expectet.

Referunt tamen circa hæc ſcriptores, caſus aliquot, quibus, Cardinalibus (qui primum locum poſt Papam in Eccleſia obtinent) & alijs etiam Eccleſię Prelatis, permiſſum eſt Vniuerſale congregare Concilium abſq; Papę aſſenſu.

Primus. Si immineat in Eccleſia neceſſitas cōgregandi Concilium, & Papa admonitus, & requiſitus nolit indicere.

Secundus. Si Papa eſſet notorius hęreticus, vel

de hereſi vehementer ſuſpectus, vel diffamatus, nec velet ſe purgare.

Tertius. Si duo vel plures contenderent de Papatu & eſſet ſchiſma in Eccleſia.

Quartus. Si Papa in amentiam incidiſſet, quæ curabilis cenſeretur, & neceſſitas expoſceret congregare Concilium, ſecus ſi amentia incurabilis eſſet, nam tunc (ac ſi Sedes Apoſtolica vacaret) alter eligendus eſſet Pontifex.

His & ſimilibus caſibus, quę accidere poſſunt, Turrecremata lib. 3. de Eccleſia cap. 8. Paulus Griſaldus in deciſionibus fidei Catholicę, verbo Concilium, & Alaua in tractatu de Concilijs, part. 1. cap. 2. & 3. cenſent, ius indicendi Concilium, ad Cardinales, & ad alios Eccleſiæ Prælatos deuolui.

Duo tamē dicit prædictus Alaua cōſiderāda eſſe, quoties dubiū occurit, an abſq; Romani Pōtificis auctoritate, Concilium Vniuerſale ſit congregādum. Alterum an vere neceſſitas immineat Conciliū Vniuerſale congregandi, ad aliquod per tractandū negotium, cuius maxime interſit reipublicę Chriſtianę, ſitq; neceſſaria, vel maxime vtilis Concilij Vniuerſalis auctoritas, ad eius modi rei expeditionem. Alterum vero, quod Papa admonitus nolit, vel nō poſsit indicere Cōcilium, tunc enim ſecundū. DD. communem ſententiam, Cardinales, vel Eccleſiæ Prçlati poterunt Concilium cōgregare, in quo quidem, diſcutiendum erit primum, negotium illud cuius rei gratia Concilium fuit congregatum, Deinde vero prædicta cauſa difinita, an alia negotia in eo Concilio poſsint & debeant tractari, ex ipſo rerum ſtatu, diſcutiendum erit.

Quod ſi ſimilis neceſſitas immineat, & Cardinales, & alij Prælati adominiti nolent Concilium congregare, tunc iure poſſe, & debere (cenſent prædicti Doctores) Imperatorem Concilium indicere, cū ipſe ſit protector Eccleſię, ac fidei deffenſor. An vero quoties Imperator eo iure congregandi Concilium vti poteſt, poſſet etiam Epiſcopos cogere, & compellere vt ad Concilium conueniant. Quibuſdam quidem videtur, eo caſu habere Imperatorem ius cogendi Epiſcopos, etiam inuitos, ac reluctantes, vt ad Concilium a ſe indictum conueniant, aliter enim fuſtra eſſet ius illud, Concilium indicendi, niſi conciliares cogere poſſet, vt ad illud conuenirent. Alij vero cenſent Imperatorem, etiā hoc caſu non poſſe cogere Epiſcopos inuitos, quibus illud ſuffragatur, quod Epiſcopi, & Sacerdotes iure diuino ſunt â poteſtate ſeculari exempti & immunes, vt patet in cap. Satis. 96. diſtin. (quod deſumptū eſt ex epiſtola Nicolai Papæ ad Michaelem Imperatorem) & alijs Decretis eiuſdem Diſtinctionis, idem comprobari poteſt. Quam ob rem & ſi Imperator poſsit Concilium eo caſu indicere, admonere & rogare Epiſcopos poteſt, vt ad Concilium conueniant, cogere inuitos non poteſt.

Si vero Epiſcopi feuda, vel alia bona temporalia poſſideant, ratione quorum Imperatori ſubdantur, tunc ab eo compelli & cogi poterūt, ſub pena amiſſionis feudi, vel aliorum bonorum, vt ad Concilium conueniāt, iuxta ſententiam Prępoſiti in capitulo Concilia. 17. diſtinctione, & AEgidij de Bellamera

ra, in tractatu Conciliorum, quorum opinionem veriorem censet. & eam amplectitur Didacus de Alaua, loco quo ſupra. Et hęc de iure connocandi ſeu indicendi Concilia Generalia,

De Prouincialibus vero quorum indictio ad Metropolitanos pertinere, ex Concilio Tridentino ſupra relatum eſt, quod etiam ex cap. ſi Epiſcopus. 18. diſtinct. & alijs multis decretis probari poteſt, idem Concilium Tridentinum Seſſio. 24. cap. 2. de reformatione decreuit, quod Metropolitano legitime impedito, Coepiſcopus antiquior Synodum in prouincia ſua cogere poſsit, Cui Decreto, addit Michael Thomaſius in diſputatione de ratione habendi Concilia Prouincialia, quod ſi Metropolitanus ſocordia, vel nequitia, conuocationem Concilij neglexerit, poterit Epiſcopus antiquior Comprouinciales Epiſcopos conuocare, quod non inepte ex cap. ſi forte. 65. diſtinct. (ex Concilio Sardicenſi deſumpto) comprobari poteſt.

## OB QVAS CAVSAS Concilia ſint celebranda.

OB communes Eccleſiæ cauſas Generalia Concilia congreganda eſſe, docet Concilium Mileuitanum, ſub Innocentio. 3. cap. 9. Et ob exortas hęreſes fuiſſe coacta, & cogenda eſſe, notum eſt ex epiſtola quindecim Epiſcoporum, ad Leonem Imperatorem, quę inſerta eſt Concilio Chalcedonēſi, Notum eſt (inquiūt) ſapiētibus vniuerſis, quia niſi

niſi diuerſæ diuerſiſq; temporibus hæreſes exortæ fuiſſent, nequaquā opus eſſet cōſilio ſpiritualiū medicorum, nam vbi infirmitas illic opus eſt ſine dubio medicina. Et Iuſtinianus Imperator in epiſtola ad Synodum Cōſtantinopolitanam. 5. Generalem, quæ eidem Synodo inſerta eſt, Synodos Epiſcoporum, ob extirpādas hæreſes ſemper cōgregatas fuiſſe teſtatur. In ſummis etiā Chriſtianę reipublicæ periculis remedium optimum, atq; oportuniſsimū fuiſſe œcumenica Concilia, & Epiſcoporum Generales conuētus adhibuiſſe, affirmat Paulus Papa. 3. in Bulla indictionis Cōcilij Trid. Nō ergo ob quaſcunq; ſed ob grauiſsimas cauſas, & quę ad vniuerſalē Eccleſiam pertineant, cōgreganda ſunt Generalia Cōcilia. Quod quidem ſic ſeruatum eſſe ab origine Generalium Conciliorū, ex ipſorum actibus liquido conſtat. Etenim à primo Generali in Nicea coactum vſq; ad vltimum Tridenti celebratum, vel pro extirpandis hæreſibus, vel pro rebus alijs, atq; negotijs ad vniuerſam Chriſtianam rempublicam pertinentibus, à Summis Pontificibus fuerunt indicta, & coacta, prędicta Generalia Concilia.

Sepe numero etiam euenit vt Romani Pōtifices pro grauiſsimis cauſis, Concilia Romę, vel alibi indixerint, & ingenti Patrum numero celebrauerint, ſed non generali conuocatione, quam forſam pro loco, & tempore, facere non oportuit, vnde etiā, Generalia non appellantur, Cuius rei, exēplo ſunt nobis, omnia fere Romana Concilia, quæ vel pro damnandis hæreticis, & vera fidei, & morum doctrina ſtabiliēda, vel pro ſchiſmate aliquo exterminando,

 vel

vel vt ſe Pontifices, à criminibus falſo ſibi obiectis cõpurgarẽt, ab ipſis Sũmis Põtificib⁹ fuerũt coacta.

Et ſimilibus cauſis occurrentibus conſentaneum quidem vi detur, ſimilia indicere Cõcilia, quę & ſi re, & nomine Generalia nõ ſint, auctoritate tamen ab illis paulo differunt, propter Romani Pontificis prę ſentiam, & aſiſtentiam.

De Prouincialibus vero, Concilium Antiochenum (cuius verba referuntur à Gratiano in cap. propter. 18. diſt.) propter Eccleſiaſticas cauſas & controuerſias diſſoluendas per ſingulas prouincias Epiſcoporum Concilia fieri præcepit.

Concilium vero Lateranenſe ſub Innocentio. 3. cap. 6. pro corrigendis exceſſibus, & moribus reformandis celebranda Prouincialia Concilia decreuit, Vtriuſq; vero Concilij verba complectens Tridentinum Concilium, Seſſ. 24. cap. 2. de reformatione, Prouincialia (inquit) Concilia, ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controuerſijs componendis, alijſq; ex ſacris Canonibus permiſſis renouentur, Quod quidem Tridẽtinum Concilium, multa refert in Concilijs Prouincialibus pertractanda, vt Seſſ. Vigeſima tertia, Vigeſima quarta, & Vigeſima quinta videre eſt.

Seſſ. 23. in Decreto de reſidencia decernitur, vt Metropolitanus cum Concilio prouinciali, iudicet de licẽtijs, à dicto Metropolitano, vel à ſuffraganeo antiquiori datis, & videat ne quis iure ſe abſentandi abutatur, & in fine illius Capitis, Decretum illud de reſidencia, in Synodis prouincialibus, & Epiſcopalibus publicare præcipitur.

In

In cap. vltimo eiuſdem Seſſ. cura Semeniariorum erigendorum Cõcilio prouinciali defertur, ſi Prælati in eorum erectione, & conſeruatione negligẽtes fuerint, daturq; Synodo prouinciali ſatis ampla facultas ea omnia faciendi, quę ad fælicem Seminarij profectum, neceſſaria, & opportuna videbuntur.

Seſsione. 24. cap. 1. decernitur, vt in Synodo Prouinciali præſcribatur in vna quaq; prouincia, propria examinis, ſeu inquiſicionis, aut inſtructionis faciendæ formula, de promouendis ad Eccleſias Cathedrales, Sanctiſsimi Romani Pontificis arbitrio approbanda.

Capite tertio: ſtatuitur vt in Synodis Prouincialibus cognoſcatur, & probetur cauſa, ob quam Cathedrales, et Dioceſes ſuffraganeorum à Metropolitanis viſitari debeant.

In eodem dicitur, Contra uiſitatores, qui amplius quam iuſtum eſt accipiunt ratione viſitationis, pœnas ſtatuendas eſſe arbitrio Synodi.

Capitulo quinto, minores cauſſæ criminales Epiſcoporum in prouinciali Synodo cognoſcendę, & terminandæ ſunt, vel a deputatis per Prouinciale Concilium.

Capite duodecimo, omnia quæ ad debitum in diuinis officijs regimen ſpectant, deq; congrua in his canendi, ſeu modulãdi ratione, de certa lege in choro conueniendi, & permanendi, ſimulq; de omnibus Eccleſię miniſtris, quæ neceſſaria erũt, & ſiqua, huiuſmodi, Synodus Prouincialis, pro cuiuſq; prouincię vtilitate, & moribus, certam cuiq; formulam præſcribere poteſt.

✠ 12 Capite

Capite. 13. ſtatuitur, vt in Eccleſijs Cathedralibus tenuibus, examinet Concilium Prouinciale, vocatis his, quorum intereſt, & diligenter expēdat, quas propter anguſtias, tenuitatemq; vicinis vnire, vel nouis prouētib⁹ augere expediat. Cōfectaq; de præmiſsis inſtrumēta ad ſummū Pōtificē mittat.

Cap. 18. examinatores Promouēdorum ad eccleſias parrochiales vocari ad Synodum prouincialem præcipit ſi aliqua contra ipſos oriatur accuſatio, vt ibi rationem ſui officij redant, & delinquentes arbitrio Synodi puniantur.

Seſſ. 25. in cap. de Inuoc. Veneratione, & Reliquijs Sanctorum decernitur per concilium Prouinciale examinandos & extirpandos, ſiqui ſunt, vel irrepſerint abuſus circa prædicta.

Cap. vltimo de reformatione regularium, Concilio Prouinciali defertur, vt ſupleat negligentiā Epiſcoporum, & Capitulorum generalium, ſi negligentes fuerint in exequendis decretis reformationis regularium, ab ipſo Triden. Concilio editis.

Cap. 10. de reformatione in generali, iudices in Concilio Prouinciali eligēdos, & nominādos ſtatuitur, quib⁹ cauſę eccleſiaſticæ in partib⁹ cōmittātur.

Cap. 14. vt Epiſcopos ſi cōcubinas habuerin Synodus Prouincialis moneat, & ſi perſeuerent, crimen ad Sanctiſsimum deferatur.

In Dioceſana vero Synodo, ea (inquit) omnia poterunt conſtitui, quę ad eam Dioceſim pertinebunt, quæ ſupra in Prouinciali dictum eſt poſſe decerni: res tamen difficiliores relinquendæ erunt Concilijs Prouincialibus.

Conci-

# CONCILIIS QVI interesse debeant?

CONcilijs quidem Generalibus nō omnibus promiſcue permiſſum eſt intereſſe, ſed ijs dumtaxat quibus de iure, vel conſuetudine, vel indulgentia Pontificum conceſſum eſt. Contendit tamen Bucerus cum aſſeclis ſuis, Concilijs, nedum Epiſcopi, ſed ſimplices Sacerdotes, viri, ac mulieres intereſſe debere, quo nihil abſurdius, aut ridiculoſius excogitari poteſt. Si difficile, & ambiguum (dicit ſcriptura, Deut. cap. 17.) apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam, & cauſam, lepram, & non lepram, & iudicium inter portas tuas videris verba variari, ſurge, & aſcende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, venieſq; ad Sacerdotes Leuitici generis & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; dixerint qui præſunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſq; ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neq; ad ſiniſtram. En qualiter ad difficilia, & ambigua decernenda, mittit nos Dominus non ad quoſcunq; ſed ad Sacerdotes Leuitici generis, & pręcipue ad ſummum Sacerdotem, ad quē maxime ſpectat definire de fide. Et in Concilio illo Hieroſolimitano pro quæſtione decidenda, an legalia ſimul cū Euangelio ſeruanda eſſent. Act. cap. 15. (quod forma fuit Generalium Conciliorum) Solos Apoſto-

✠ 13 lo

los, & Seniores tantum conueniſſe compertum eſt, Et de ſenioribus, Paulus Griſaldus in deciſsionibus fidei Catholicę, verbo Concilium, ſcribit interfuiſſe Concilio, non difiniendo, ſed conſultando, Nan Apoſtoli tantum definierunt ac ſanxerūt, Nō ergo laici ac ſeculares, nedum mulieres Concilijs intereſſe oportet, Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? aut quę conuentio rerum, quę in Concilijs vniuerſalibus tractari ſolent, ad promiſcuā plebem, & ineptū vulgū? de quo Ioān. Papā. 22. ſcite dicere ſolitū fertur, ꝙ quicquid approbat inane, quicquid laudat vituperio dignū eſt. ¶Illicitum eſſe teſtatur Theodoſius Iunior in epiſtola ad Epheſinum Generale Concilium, eum qui nō ſit ex ordine ſanctiſsimorū Epiſcoporū, eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus, quæ verba referuntur à Gratiano, cap. ſatis. 96. diſt.

Baſilius etiam Imperator in oratione quam habuit ad Synodum Conſtantinopolitanam Octauam Generalē, Laicis (inquit) aut ijs, qui ciuilibus officijs mancipantur, non datum eſt ſecundum canonem, dicendi quicquam penitus de eccleſiaſticis cauſis, opus enim hoc Pontificum, & Sacerdotū eſt. Et Paulo inferius, De vobis (inquit) laicis tam qui in dignitatibus, quam qui abſolute conuerſamini, quid amplius dicam non habeo, quam quod nullo modo vobis licet, de eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neq; penitus reſiſtere integritati eccleſię, & vniuerſali Synodo aduerſari, hæc enim inueſtigare, & quærere, Patriarcharum, & Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi & ligandi poteſtatem habent, qui eccleſiaſticas, & cæleſtes adepti ſunt claues, non noſtrū qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel à ligamento ſolui egemus, Quantæcunq; enim religionis & ſapiētiæ laicus exiſtat, vel etiam ſi vniuerſa virtute interius polleat, donec laicus eſt, ouis vocari non deſinet. Rurſus Epiſcopus quantacunq; ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antiſtes eſt, & veritatis verbum recte prędicauerit, paſtoris vocationis, & dignitates damna non patietur.

Hæc Baſilius Imperator, quo nihil aptius dici potuit, ad retundendam eorū peruicatiam, qui gregariam & promiſcuā plebē, Concilijs intereſſe volūt.

Intereſſe quidē poterunt Laici Generali Concilio, ſed diſſerendi, aut inſtruendi, conſulendi ve gratia, vt ex Ceremoniale Romano, paulo inferius dicetur. Sed & ſi aliquis quātūlibet deiectus ex plebe, etiā non vocatus ad Conciliū acceſſerit, & velit Concilio aliquid proferre, audiendus quidem erit, & poſtea ad maiores Eccleſiæ expectabit difinire. Nullus tamen laicus vocem vnquam habuit nec habere poteſt diffinitiuam in Concilio, quantumuis maxima polleat dignitate, etiam ſi Rex, aut Imperator exiſtat, nam hi quidem interfuerunt Cōcilijs, nō ad definiendū, neq; vt imperium ſibi in Cōcilium vendicarent, ſed ad conſeruationem & defenſionem fidei, & rerum geſtarum aceptationem, vel gratia protectionis Synodi, & vt Conciliares, quę oporteret, liberius agerēt, Etenim de Conſtantino illo Magno, Nicephorus libro. 5. eccleſiaſticę hiſt. cap. 16. refert quod poſtremus omnium cū pau

cis ingreſſus eſt, & ſummiſſiore, quã amplitudo eius
ferret throno, qui ei paratus fuerat poſito, nõ prius
ſibi conſidendum putauit quam id ei ab Epiſcopis
permitteretur. Et in preambulis ad Synodum
Nicenam dicitur de eo, Aſſedit ille ſanctis Pa-
tribus non vt iudex, ſed vt patronus, & executor
eorum, quæ Patres in fidei negotio ſtatuiſſent.

Et Martianus Imperator in Oratone quam ha-
buit ad Chalcedonenſe Concilium quę habetur
Actione Sexta Nos (inquit) ad cõſeruandã fidem,
non ad potentiam oſtendendam, exemplo glo-
rioſiſsimi Principis Conſtantini, Synodo intereſſe
voluimus, vt inuenta veritate, non vltra multitu-
do prauis doctrinis atracta diſcordet.

Et de Siſenãdo Rege Gothorũ qui Cõcilio. 4. To
letano interfuit, refertur in eodem Conciilo, quod
Synodum ingreſſus, primum coram Sacerdotibus
Dei, humi proſtratus, cum lacrimis, & gemiti-
bus, pro ſe interueniendum domino poſtulauit.
Deinde Patres Concilij religioſe ad hortatus eſt
vt paternorum decretorum memores, ad confirmã-
da iura eccleſiaſtica, & corrigenda quæ cõtra eccle
ſiaſticos mores per negligentiam irrepſerant, ſtu-
dium præberent. Recte quidem ac pie, vt vere Ca-
tholici Principes illi, de Conciliorum negotio ſen-
tiebant, & longe aliter ab hæreticis, quorum delirijs
omiſſis (quę ex dictis credimus ſatis eſſe conuicta)
oportet vt ſtatuamus, quibus, de iure, vel conſuetu-
ne, vel ex Pontificum indulgentia, interſit intereſſe
Concilijs, & ea quę in eis tractanda ſunt definire,
de quibus nihil aliunde certius ſtatui poteſt, quam

ex

ex ijs, quę in Ceremoniali Romano circa hęc ſunt
ſcripta, cuius libet verba transcribere ex libro primo
Sectione decima quarta, capite ſecundo, titulo.

## DE HIS QVI HABENT VOCEM deliberatiuam in Concilijs.

*IN Concilijs autem illis venerandis, ac ſacroſanctis: quibus fides noſtra, & recta viuendi norma purgata, atq; firmata eſt, non legimus interueniſſe ſtatuendi cauſa, niſi Epiſcopos & Abbates & hi tantum decretis ſe ſubſcribebant. Epiſcopos appellamus, etiam Epiſcoporum principes. quoniam hæc eſt ſuprema in Eccleſia Dei poteſtas, inferioris autem gradus Eccleſiaſticos viros, & Principes ſeculares, conſulendi, ac inſtruendi gratia, non autem decernendi intererant: qui (vt periti aiunt) conſultiuam vocem habent in Concilijs, non definitiuam ſeu deliberatiuam. Aderant igitur in Concilijs ad ſtatuendum, Romanus Pontifex tanquam rector & moderator totius Eccleſiæ Paſtor gregis dominici, & omnium Epiſcoporum Epiſcopus. Sacer Cardinalium ſenatus, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, quibus non immeritò & ordinũ religioſorum Generales magiſtri additi ſunt. Deniq; omnes Prælati, qui ſecundùm formã iuramenti, quod præſtant cum ad dignitates promouentur, ad Synodum venire tenẽtur. Alij autem vt diximus, diſſerendi, inſtruendi, conſulendi ue gratia, poterunt intereſſe, non tamen in ſeſſionibus publicis induti ſacris veſtibus ſedebunt, neq; ſententiam dicent.*

 Hæc

Hęc Ceremoniale Romanum, Sed de ſingulis or
dinibus eorum, qui Concilio Generali (iuxta ſupe-
riꝰ dicta) intereſſe poſſunt, nō nihil dicere oportet.
Ac de ſummo quidem Pontifice, quod Concilio
intereſſe poſſit, & in eminentiori loco ſedere, & Cō
cilio auctoritatiue, ſiue per ſe, ſiue per ſuos Legatos
præſidere, non dubium eſt, cum ipſe ſit caput Eccle
ſiæ, & à fortiori Concilij Generalis, quod eccleſiam
vniuerſalem repreſentat, Quamuis in Concilio Baſi
lienſi, quidam nouitatibus ſtudentes, & occaſiones
turbandi eccleſiam quærentes, contrarium aſſerere
ſint auſi, quibus nihil aliud reſpondere libet, quam
remittere eos ad Actiones Conciliorum omniū Ge
neralium, quibus, vel Papam, vel eius legatos ſem-
per preſediſſe conſtat.
Et de Cardinalibus Epiſcopis nullus vnquam du
bitauit quod Concilijs intereſſe poſsint, & in eis uo
cem deciſſiuam habeant, De Cardinalibus vero nō
Epiſcopis, quidam ambigunt, quibus Cardinalis à
Turre Cremata lib. 3. de Eccleſia cap. 14. Reſpon-
det, quod licet non omnes Cardinales ſint Epiſco-
pi, ſunt tamen quaſi vnū corpus cum Romano Pō-
tifice, Maximo Epiſcoporum, & Epiſcopalem iuriſ
dictionem habent in eccleſias quorum titulis Cardi-
nales nuncupantur, & ſuccedunt etiam Apoſtolis
in dignitate Apoſtolica, quia ſicut Apoſtoli aſiſte-
bant Chriſto, ita & Cardinales aſiſtunt Romano Pō
tifici eius vicario, vnde non minus quam Epiſcopi
vocem difinitiuam habere debent in Concilijs.
De Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Ar-
chiepiſcopis, & Epiſcopis qui proprias diœceſes, &
ſubditos

ſubditos habent, nullus eſt dubitandi locus, quin
Concilio intereſſe, tanquam iudices, & diciſſores de
beant, De Epiſcopis autem qui titulares vocantur,
qui nullam diœceſim ſibi ſubditam habēt, dubitant
nonnulli, an vocandi ſint ad Concilium, & vtrū in
eo vocem diffinitiuam habeant, ſed Cardinalis Ia-
cobatius in tractatu de Concilijs libr. 2. art. 2. affir-
mat eos, & habere vocē diffinitiuā, & vocādos eſſe,
propter dignitatē Epiſcopalē, & munus cōſecratio
nis, licet iuriſdictionē, & ſubditos actu nō habeant.
Sed & de Epiſcopis electis tantum, ac confirma-
tis, licet munus conſecrationis nōdum ſuſceperint,
Didacus de Alaua tractatu de Concilijs Generali-
bus, part. 1. cap. 6. cenſet, eos vocandos eſſe ad Con
cilium, & in eo vocem deciſſiuam habere, quia iu-
riſdictionem (inquit) habent & adminiſtrarē poſſūt,
quod probat ex cap. tranſmiſſam, de elect. & electi
pote, Id vero maxime ex eo probari poteſt, quod
in Concilio Florentino, ſub Eugenio. 4. ſubſcripſe
runt nonnulli Epiſcopi electi, & conformati, ſed nō
dum conſecrati, ſub his verbis, Ioann. de Mella ele-
ctus & confirmatus Legionen. ſubſcripſi. Guilliel-
mus electus, & cōfirmatus Andegauenſis ſubſcripſi
& ſimiliter alij. 4. electi, & cōfirmati ſubſcripſerūt.
De ijs autem qui eccleſias Cathedrales, & Epiſ-
copales commendatas habent à Summo Pontifice,
prædictus Alaua vbi ſupra, vocem habere deciſſiuā
in Concilijs aſſeuerat, quia poſſunt (inquit) ea exer
cere, quæ Epiſcopus electus, & confirmatus exer-
cere poteſt, iuxta tex. in cap. Cui, & Gloſam in cap.
nemo de Elect. in. 6. quod intelligendum eſſe arbi-

tratur de his qui Epiſcopales Eccleſias commendatas habent, in commendam perpetuam, que quaſi titulus eſt, non autem de his qui commendatas habẽt eccleſias ad tempus, nam ij ſunt veluti adminiſtratores Epiſcopatuum, velut Capitulum Sede vacante.

De Abbatibus vero, & Miniſtris Generalibus Ordinum Religioſorum, tam Theologi, quam Iuris periti cenſent, ſi quando vocem habuere diffinitiuã in Concilijs, id nõ de iure, ſed ex gratia Sũmi Pontificis factum fuiſſe, qui cũ autoritate, & poteſtate ſupra Conciliũ ſit, vt extra de electione cap. ſignificaſti refertur, pro rerũ, & cauſarũ varietate, poteſt hos, vel illos vocare, & admittere ad Cõcilium, vt in eo habeant vocẽ deciſiuã, Solos vero Epiſcopos, ſiue prelatos maiores, neceſſario vocãdos eſſe ad Concilia vniuerſalia, omnes cõmuniter cẽſent. Quæ vocatio, aut per edictũ generale, aut per literas particulares a Sũmo Pontifice ad Metropolitanos directas, vt eas intimare faciant ſuis ſuffraganeis, fieri cõſueuit, quod à Paulo Papa. 3. in indictione Cõcilij Tridentini ſeruatum eſt, Nã præterquàm quod Bullã indictionis dicti Concilij, ad valuas Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Eccleſię Lateranẽſis, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Flore, de more, affigi iuſſit, vt patet ex tenore prædictæ Bullę, quę appoſita eſt Actis prędicti Cõcilij, literas dedit peculiares ad Metropolitanos ſub hoc tenore.

Venerabili fratri Archiep. N. Paulus Papa. 3.

*VEnerabilis frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Cum nos vt Chriſtiana respublica, aliquẽ fructũ, ex pace inter ſereniſsimũ Cæſarẽ & Chriſtianiſsimũ Regem noſtros in Chriſto filios chariſsimos facta, ſtatim colligere inciperet, Vniuerſale Concilium in quarta Dominica proxime futura Quadrageſsimæ proſequi decreuerimus, ſicut ex Bullæ noſtræ exemplo, quod ad te mittimus præſentibus alligatum clarius cognoſces, hortamur te frater venerabilis, tibiq; iniungimus vt ipſam Bullam, tam tuis ſuffraganeis, quam cæteris tibi Metropolitico iure ſubiectis, ad ipſum Concilium venire debentibus notifices, vt habita rei notitia, id quiſq; efficiat, quod pro ſuo officio, facere tenetur. Dat Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris Anno Domini. M. D. XLIIII.*

Quanuis autem prędictus Paulus. 3. ex abundãti, per prædictas ſuas literas ad Metropolitanos ſigillatim directas, tam Metropolitanos ipſos, quã ſuos ſuffraganeos ad Concilium vocauerit, plurimi Iuris periti cenſent, indictionem Concilij Generalis, per edicta Generalia in Curia Pontificis publicata, & in locis conſuetis affixa, ſufficere, vt legitime vocati cenſeantur omnes Epiſcopi, etiam qui apud Indos, ſiue Orientales, ſiue Occidentales commorantur. Neq; ideo minus erit vniuerſale Conciliũ quod hi, vel alij Epiſcopi non fuerint ſpecialiter vocati, Et Epiſcopos cõtemnentes ad Cõcilium Generale pergere, ſcribit Alaua vbi ſupra, puniri poſſe iiſdẽ pœnis, quibus puniẽdos eſſe, nõ cõueniẽtes ad Prouinciale Cõciliũ ſtatutũ eſt in ca. ſi Eps. 18. diſt. ex Concilio Agathenſi deſumpto, vbi dicitur quod ſi Epiſcopus vocatus ad Concilium venire diſtulerit,

toneatur, Carthaginenſe. 5. Concilium, cap. 10. expli
cuit dicens. Placuit vt quotieſcunq; congregandũ
eſt Concilium, Epiſcopi qui neq; ætate, neq; ægritu
dine, neq; alia grauiori neceſſitate impediuntur, cõ
petenter occurrant. Et in Agathenſi Concilio de-
cretum eſt, vt Epiſcopi ad Synodum vocati, poſt-
poſitis omnibus (excepta graui infirmitate corpo-
ris, ac præceptione Regia) ad conſtitutum diem
adeſſe non differant, quæ verba, tam Concilij Car
thaginenſis, quam Concilij Agathenſis, referuntur
à Gratiano in cap. Placuit, & in cap. Si Epiſcopus
18. diſtinctione. Et quamuis Concilia prædicta de
Concilijs Prouincialibus loquantur, non dubium
eſt quin in Concilijs Generalibus eædem cauſæ lo
cum habere debeant. Nam ſi vel propter ętatem ſe-
nio confectam, vel propter ęgritudinem grauẽ, vel
propter pręceptionem Regiam, vel propter aliquã
aliam grauiorem neceſſitatem Epiſcopus excuſatus
habetur, ne intra propriam prouinciam ad Conci-
lium accedat, quid cenſeas futurum; quando ad
Generale Concilium vocatur ad locum maxima
viarum intercapedine diſtantem? ¶ Ij autem qui
vel graui morbo, vel ſenectute (quæ & ipſa iuxta
Comioci dictum morbus eſt) vel aliqua alia iuſta
cauſa præpediuntur, ne ad Concilium pergant, te-
nentur Legatum ad Concilium mittere iuxta ordi-
nationem Concilij Carthagin. 4. cap. 21. Epiſcopus
(inquit) ad Synodum ire non tardet, ſi non ſatis gra
ui neceſſitate inhibeatur, ſic tamen vt in perſona
ſua legatum mittat, ſuſcepturus (ſalua fidei veri-
tate) quicquid Synodus ſtatuerit, ſed & in Con-
cilio

cilio Carthaginenſe. 5. capit. 10. diſpoſitum eſt
quod Epiſcopi ad Concilium vocati, competenter
occurrant, quod ſi non poterint occurrere, excuſa-
tiones ſuas literatorie conſcribant. Et Paulus Pa
pa. 3. in Bulla indictionis Concilij Tridentini.
Mandantes (inquit) arctèq; pręcipientes, vt ipſi-
met (de Epiſcopis loquitur) niſi forte iuſto deti-
neantur impedimento, de quo tamen fidem facere
compellantur, aut certe per ſuos legitimos procu
ratores, & nuncios, ſacro huic Concilio omnino
adeſſe, & intereſſe debeant. Quibus addit Alaua
eodem quo ſupra dictum eſt loco, & capite, quod
Epiſcopi vocati ad Vniuerſale Concilium, & impe
diti, procuratorem idoneum mittere tenentur, cum
ſpetiali mandato, ad allegandas iuſtas abſentiæ, &
impedimenti cauſas, quas in ipſo mãdato ſpetialiter
exponant, proprioq; iuramento, eas eſſe veras, nõ
fictas teſtentur, ac de inde, ſi cauſæ impedimenti no
torię ſint, valde (inquit) cõmodũ, & vtile erit, in eodẽ
mandato allegare, impedimenta notoria eſſe.

Legatus autem, nuncius, ſeu procurator ad alle-
gandas in Vniuerſali Concilio iuſtas abſentiæ cau-
ſas, conſtitui poteſt ab Epiſcopo, quilibet clericus,
imo, & Laicus, ſi nihil aliud is agere debeat, quã cau
ſas abſentiæ allegare, vt communiter tenent Cano-
niſtę, in dicto cap. Epiſcopus. 18. diſt. Nam ſi nihil
(inquiũt) ſpirituale, a procuratore agendũ eſt, etiã
Laicus mitti, & cõſtitui poteſt, neq; tamẽ is vocẽ ha
bebit in Cõcilio. Sed neq; Eps̃ ad Cõciliũ vocatus
& impeditus, tenetur mittere nũcium, ſeu legatũ ad
pręſtãdũ in Cõcilio vocẽ diffinitiuam, etenim iura

 ſuperius

ſuperius aducta quibus ſtatuitur, Epiſcopum impeditum, teneri admittendum procuratorem, id ſolum videntur ſtatuere, vt procurator, nomine illum delegantis, cauſas abſentię, & impedimentorum allegare debeat, & Decreta ſuſcipere Concilij. Si vero Sũmus Põtifex iuberet, vt Epiſcopi impediti, legatos mitterent ad dandam vocem in Concilio diffinitiuam, cenſent Alaua loco quo ſupra, & Anton. de Roſellis tractatu de Concilijs. q. 5. quod Epiſcopus ſic impeditus minime poterit vocem ſuam delegare alteri quam Epiſcopo, quia licet vocem habere in Concilio (intellige deciſiuam) non præciſſè ad ordinem Epiſcopalem pertineat, eſt tamen id munus proprium Epiſcopalis dignitatis, cum Concilium Vniuerſale ex Epiſcopis conſtet. Epiſcopus autem ſic delegatus duas quidem voces deciſiuas in Concilio habebit, alteram iure proprio, alteram vero nomine delegantis, Nihilominus, diuerſas ſententias in eadem re, vel circa eandem quęſtionem proferre nõ poterit, cõtra dictamẽ enim rationis eſt, id cẽſeri iniquũ nomine alteri⁹ quod nomine proprio æquũ exiſtimatur, vt perſpicue probatur in cap. penul. §. porro. de elet in. 6. niſi mãdator certã præſcripſerit in mãdato formã, & ſentẽtiã circa hoc, vel illud, â mãdatario dicẽdũ, quia tunc legatus vel procurator diuerſa dicere poſſet, vnum quidem nomine proprio, alıud vero nomine alterius vocem ſibi delegãtis. Et de his ſatis ſuperq;, quantum atinet ad perſonas quę Concilio Generali intereſſe poſſunt.

Supereſt vt qui intereſſe debeant Concilijs Prouincialibus, de iure vel conſuetudine, ſtatuamus.

Ac quod

Ac quôd Epiſcopi Comprouinciales, cum Patriaacha, vel Primate, vel Metropolitano, vel Legato Sedis Apoſtolicę Concilijs Prouincialibus intereſſe debeant, pluribus Decretis ſuperius aductis compertum eſt. Qua etiam pœna puniendi ſint, qui a Metropolitano vocati, ad Synodum venire neglexerint, vel antequam Concilium fuerit abſolutum ab eo diceſſerint, ſtatuitur in Concilio Arelaten. 2. cap. 19. a quo deſumptum eſt a Gratiano cap. Siquis diſt inc. 18. Siquis (inquit) Synodo ad eſſe neglexerit, vel cœtum fratrum antequam Concilium diſſoluatur, crediderit eſſe deſerẽdum, alienum ſe a fratrum cõmunione agnoſcat, neq; eum recipi liceat, niſi in ſequenti Synodo fuerit abſolutus, Quod autem aliquando Præsbyteri etiam nonnulli, Concilijs Prouincialibus interfuerint, & vocem habuerint in eis deciſiuam, ex Concilijs Tarraconenſi, & ex Turonẽſi Secũdo, & Pariſẽſi Primo, facile cõprobari poteſt, nam vt ex actis eorundem Conciliorum apparet, Presbyteri ſimul cũ Epiſcopis ſubſcripſerunt, non tanquam procuratores aliorum Epiſcoporum, ſed nomine proprio, Ac niſi deciſores Concilio interfuiſſent, nulla profecto opus erat ſubſcriptione. Id ipſum Michael Thomaſius, in diſputatione de ratione habendi Cõcilia Prouincialia aſſeuerat, & probare cõtendit, ex illis verbis Concilij Toletani. 4. Can. 3. Et conueniẽtes omnes Epiſcopi pariter introeant, & ſecundum ordinationis ſuæ tempora reſideant. Poſt ingreſſum omnium Epiſcoporum atq; conſeſſum, vocentur deinde Præsbyteri, quos cauſa probauerit introire,

 nullus

nullus ſe interim ingerat Diaconorum, Et valde notanda eſſe (inquit) verba illa. *Præsbyteri, quos cauſa probauerit introire*, nam vt intereſſent ſimpliciter, vel vt aliquid peterẽt, quilibet Presbyteri, & Diaconi admittebantur. Arbitraturq; dictus Thomaſius olim Cũ nõdũ inuẽta erat diſtinctio inter vocem cõſultiuã, & deciſiuam, nõ à ſolis Epiſcopis, ſed communi conſilio Epiſcoporum, & Præsbyterorum cauſas fuiſſe tractatas. Sed id quidem euidentius comprobari videtur ex verbis Iſidori in libello de ordine Conciliorum, in quo hęc verba leguntur. Et corona (inquit) facta de Sedibus Epiſcoporũ, Præſbyteri a tergo eorum reſideant, quos tamen ſeſuros ſecum Metropolitanus elegerit, qui vtiq; & cum eo iudicare aliquid, & diffinire poſsint. Ex quibus manifeſtum eſt, olim Præsbyteros (non quoſuis, ſed a Metropolitanis ſelectos) vocẽ habuiſſe diffinitiuã in Prouincialibus Concilijs. Sed id deſuetudine Prouincialium Conciliorum, in deſuetudinem videtur abijſſe, ſoli enim Epiſcopi, & Abbates qui Epiſcopalem iuriſdictionem habent, hodie (vt definiant) Concilijs Prouincialibus inter ſunt, nam Cõcilijs plurimis præſertim Toletanis decimonono, & vigeſimo, Abbates interfuiſſe conſtat. De Epiſcopis autem qui nulli Archiepiſcopo ſubijciuntur Concilium Tridentinum Seſſ. 24. Decreto de reformatione cap. 2. decreuit, vt aliquem vicinum Metropolitanum ſemel eligant, in cuius Synodo Prouinciali, cum alijs intereſſe debeant, & quę ibi ordinata fuerint obſeruent, & obſeruari faciant.



# DE VTILITATE Conciliorum.

COnciliorum intermiſſionem diuturnam multorum malorum cauſam extitiſſe, & occaſionem hæreſum, errorum, ſchiſmatum, ac plurimarum deformitatum in populo Chriſtiano prebuiſſe, cuiq; vel mediocriter perito, & qui Eccleſiaſticas, ac prophanas hiſtorias euoluerit, notiſsimũ eſt, ſed et id expręſſe affirmat Baſilienſe Conciliũ Seſſ. 10. Atq; è cõtrario, ipſorum Conciliorũ frequentationẽ, optimũ fore dictarum peſtiũ, ac malorum antidotũ, teſtatur, Et Leo. 1. in epiſtola ad Leonem Imperatorẽ, quæ inſerta eſt Chalcedonenſi Cõcilio, Concilijs nihil ad conſeruationem fidei, & ad extirpationem hæreſum vtilius eſſe ſcribit. Et Eringius Gothorũ Rex Chatholicas, vt initio Concilij Toletani. 12. refertur, Concilij locum ingreſus Patres his verbis eſt alloquutus. Non dubium eſt (inquit) Sanctiſsimi Patres; quod optima Conciliorum adiutoria, ruenti mundo ſubueniant, ſi officioſis, quę corrigenda ſunt ſtudijs peragantur. Baſilius etiam Imperator in oratione ad Synodum Octauam Generalem cum iam Synodus ad calcem eſſet perducta, de eadem Synodo loquens, communis (inquit) conſurſus, & in Spiritu Sancto magnæ huius, & Vniuerſalis Synodi conſenſus, omne ſcandalum, & offendiculum è medio remouit Eccleſiæ, huiuſque multas temporis procellas compeſcuit, & ad limpidam tranquilitatem traduxit.

Concilium vero Conſtantienſe Seſſ.39. de Concilijs Generalibus loquens. Frequens (inquit) Generalium Conciliorum celebratio, agri Domini cultura eſt præcipua, quę vepres, ſpinas, & tribulos hæreſum, & errorũ, & ſchiſmatũ extirpat, exceſſus corrigit, de formata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimę fertilitatis adducit. Illorum vero neglect⁹, præmiſſa diſſeminat, atq; fouet. Hæc præteritorum temporum recordatio, & pręſentium conſideratio, ante oculos noſtros ponunt. Omnibus autem elegantius, ac copioſius Conciliorum vtilitatem euexit, Iulius Papa.3. oratione quam (in minoribus exiſtens, Ioannes Maria de Monte Archiepiſcopus Sipontin. tũc nũcupatus) ad Conciliũ Lateranenſe sub Iulio.2. habuit, quæ inſerta eſt Actioni.5. eiuſdẽ Concilij, vbi inter alia. Complectimini cogitatione, ſi placet (inquit) Romanorum Pontificum ad noſtram hanc tempeſtatem labores, difficultates, pericula, tot, tantarumq; rerum diſcrimina. Quid nam aliud magis pręſentaneum ad perferendas multiplices gentilium, hęreticorum, ſchiſmaticorum, improborum deniq; ac perditorum omnium agitationes, atq; procellas, ad euitandas Syrtes, & cautes, ad portenta, & monſtra conculcãda, ijs viſum fuiſſe remedium inuenietis, quâm vt vniuerſos Patres ad ſe cõuocarent, quorum conſilio Apoſtolicę ratis curſum in medijs fluctibus dirigerent, remis vndas perfringerent, attollerent vela, ancoras iacerent, clauum tenerent, portum deniq; ipſum celerrime aduentarẽt, lętiſsime contingerent, ſecuriſſimê potirentur?

Deq; eadem Synodo Lateranẽſi loquens, eã dicit â Iulio.

Iulio.2. indictam eſſe, vt prophanam omnem contumaciam aboleret, truculentam rapiendi licentiam refrenaret, deteſtabiles, & Chriſtianæ reipublicę perniciosas, ac peſtiferas in occupanda Sacratiſsima Petri Sede largitiones, in perpetuum deleret, pullulantes hęreticorum ſegetes, radicitus extirparet, ridiculamq; impiam, ac nefariam Mahumetis ſectam funditus euerteret, atq; exterminaret.

Et Concilium Tridentinum Seſſ. 16. in decreto de ſuſpenſione Concilij dicit, illud à Paulo.3. conuocatum à Iulio.3. fuiſſe reſtitutum, vt religionẽ in multis orbis partibus, & pręſertim in Germania, in diuerſas opiniones miſerabiliter diſtractam, in ſtatum priſtinum reuocaret, abuſus, & mores Chriſtianorum corruptiſsimos emendaret:

His adijcere libet quę Pius Papa hui⁹ nominis.4. de vtilitate Conciliorũ recẽſet in Bulla reaſumptionis eiuſdẽ Cõcilij Tridentini ſub his verbis. Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad futurã rei memoriam. Ad Eccleſię regimen, licet tanto oneri impares, ſola Dei dignàtione vocati, ſtatim circunferentes mentis oculos per omnes Reipublicæ Chriſtianæ partes, cernenteſq; non ſine magno horrore, quàm longê, lateq; peſtis hæreſum, & ſchiſmatis peruaſiſſet, & quanta Chriſtiani populi mores correctione indigerent: in eam curã, & cogitationem, pro ſuſcepti muneris officio, incumbere cepimus, quemadmodum ipſas hæreſes extirpare, tantumq;, & tam pernicioſum ſchiſma tollere, moreſq; adeò corruptos, & deprauatos emendare poſſemus. Cum autem intelligeremus, ad hæc ſananda mala aptiſsimum eſſe reme-

 dium

dium, quod ſancta hæc ſedes adhibere conſueuiſ-
ſet œcumenici, Generaliſq; Cōcilij: eius congregā
di, &, Deo iuuante, celebrādi cōſiliū cepimus.
Facile quidē ex ſupra inductis Cōciliorū, Pontificū,
ac Principum teſtimonijs colligere, poterit curio-
ſus, ac prudens Lector, quas vtilitates Concilia, Ca-
tholicorum ſtatui, ſanctæq; Eccleſię adferre poſſint,
ſed libet in ſtudioſorum gratiam referre ſigillatim,
vtilitates aliquot, tam ex preinductis teſtimonijs
quam ex aliquibus ſcriptoribus (maxime ex Turre
Cremata, & Didaco ab Alaua) collectas.

Prima vtilitas Vniuerſaliū Cōciliorū eſt, ꝙ inde fa-
cilior, ac firmior ſit veritatis elucidatio, definitioq;
certior, omnium controuerſiarum de rebus ad reli-
gionem pertinentibus. Facilior quidem, ob tot vi-
rorum prudentium, ſapientiumq; iudicia, quæ pluri
mum iuuant, ad veritatem maturius deprehenden-
dam. Firmior vero eſt vniuerſalis plenarijq; Cōcilij
definitio, ob eam certitudinē quam habemus de eius
decreto, ac iudicio, quia tale Concilium legitime
congregatum, Eccleſiam vniuerſalem repreſentat,
& ductorem habet Spiritum Sanctum, iuxta illud
Actorum cap. 15. viſum eſt Spiritui Sancto, & no-
bis, &c. Vnde & eius diffinitio certior habetur.
Quamuis enim (vt ego quidem arbitror) Summus
Pontifex in rebus fidei iudicans, aut conſultus reſ-
pondens, errare non poſſit, atq; propterea eius defi
nitio, tanquā certa ab omnibus haberi, & amplecti
debeat, de Cōcilio tamen Vniuerſali plenario, ꝙ in
fide errare poſſit, nemo ex Catholicis affirmare eſt
auſus; De Romano vero Pōtifice ſine Cōcilio multi
non

non infimæ notæ viri, cū errare poſſe, & multos Ro
manos Pontifices erraſſe contendunt. Habet qui-
dem Romanus Pontifex auctoritatem a Chriſto, iu
dicandi de hæreſibus, ſed præter alia, experientia
docuit, non ita hactenus fuiſſe hæreticorum erro-
res radicitus euulſos eius auctoritate, ſicuti Vniuer
ſaliū Synodorū (cū eius approbatione) cēſuris, atq; de
cretis, obidq; Cōciliorū definitio certior habetur.

Secunda Conciliorum vtilitas eſt, morum de-
priuatorum correctio, & abuſuum reformatio.
Nulla enim vnquam cōmodior via reperta eſt, ad
reformationem corruptorum morum, & extin-
ctionem abuſuum, quę maxime rempublicam fe-
dare ſolent, quam Concilia conuocare, quorum
Sanctiſsimis Sanctionibus, ſceleribus obuiam
eatur, quod factum eſſe plurimis Concilijs conſtat,
maxime vero Concilio Tridentino.

Tertia eademq, maxima vtilitas ex Concilio-
rum Generalium congregatione deducitur, nempe
quod per eam Chriſtiani, vinculo Catholicæ fi-
dei retinentur, in vnitate religionis Chriſtianæ,
cum extinctis hæreſibus, & erroribus, ſocietas fi-
delium fortior in charitate, ac fide efficiatur, atq;
hic vnus eſt, ex potiſſimis Conciliorum effectibus.

Quarta vtilitas quę ex Conciliorum celebratio-
ne oritur, eſt Cultura vineę Dominicæ, nam vt
ex Concilio Conſtantienſe, ſupra retulimus. Con
ciliorum celebratio agri Dominici Cultura eſt præ
cipua, Epiſcopi enim, & Patres in Concilio con-
gregati, vineam Dñi colere debent, Vepres de agro
Dominico

Dominico euellere, plantare fidē, & euulſis vitiorū
radicibus, virtutes inſerere, iuxta illud quod Hiere
miæ .1. dicitur. Ecce conſtitui te ſuper gentes, & re-
gna, vt euellas, & deſtruas, diſperdas, & diſſipes, ędi
fices, & plantes. Quæ verba prędictus Cardinalis à
Turre Cremata Hieremiæ dicta fuiſſe refert, in figu
ra Romani Pontificis, qui cōgregator, & director
Conciliorum Generalium eſt, & ad eundem ſenſum
illa interpretatur Innocentius Papa, in cap. Soli-
tæ extra. de maioritate, & obedientia.

Quinta vtilitas quę ex Conciliorum celebratio-
ne oriri poteſt, eſt quod pax, & cōcordia inter Prin
cipes Chriſtianos, in Cōcilijs egregie cōſtituitur, ſe
dātur lites, & cōtētiones inter eos, quę niſi auferan
tur, maximum diſpendium inferunt Chriſtianę Rei-
publicæ, Et ad concordiā, & pacificationē Principū
Chriſtianorū, Cōcilia Vniuerſalia cōgregari poſſe,
Synodus Conſtantienſis teſtatur Seſ. 10. Act. 15.

Sexta vtilitas eſt, quod ſepe in Concilijs Genera
libus actum eſt de bello infidelibus indicendo, quo
eis (omnia vaſtare, & delere conantibus) obiuam ire
tur, quod factum eſſe pluribus Concilijs reperitur,
vt in Concilio Claramontenſe ſub Vrbano. 2. &
in Concilio Lateranen. ſub Calixto. 2. & Concilio
Veronenſe ſub Lucio. 3. & Cōcilio Mantuano ſub
Pio. 2. Quæ quidem Concilia licet Generalia ſim-
pliciter dici non poſſunt, quia non fuerunt coacta
generali conuocatione, ex præſentia tamen, & aſi-
ſtentia Summorum Pontificum, à quibus Concilij
auctoritas pendet, quaſi Generalia cenſentur.
Refert autem Cardinalis a Turre Cremata, lib. 3. de
Eccle-

Eccleſia cap. 11. ſe à plurimis fidedignis accepiſſe
qui aliquando fuerunt inter infideles in Orientali-
bus partibus, maxime Turcas deterreri, audientes
apud Chriſtianos Concilia congregari.

Septima vtilitas, quæ ex Concilio Generali oriri
poteſt, eſt extinctio ſchiſmatis, & cuius cunq; ſcan
dali Chriſtianam Reipublicam perturbantis, quæ
nullo alio ſalubriori, & aptiori medio extingui poſ
ſunt, Sic enim teterrimū illud ſchiſma, quod tandiu
ſub Benedicto. 13. & alijs Pſeudopontificibus Ec-
cleſiam diuexauit, Concilio Conſtantienſe ablatū
eſt. Sic Scandala maxima, tempore Damaſi Papę
de adulterio, & tempore Symmachi, de alijs crimi-
nibus, & tēpore Paſchalis. 1. de homicidijs inſimula
ti, exorta, conuocatione Conciliorū fuerūt ablata.

Octauo deniq; plurimum valent Concilia, ad de-
primendā, & coercendā audatiā quorundā Pōtifi-
cū, qui officij ſui, & Dignitatis obliti, & Pōtificatū
pro libito exercentes, aut ſimoniaca prauitate, aut
alijs criminibus ſe ipſos de honeſtant, His malis Sy
nodus vniuerſalis mederi poterit, & huius rei gra-
tia, legitur Conciliū Romę congregatum ab Otho
ne. 1. Imperatore, contra Ioan. Papam. 12. qui ve-
nator, lubricus publice, & incorrigibilis erat.

## DE AVCTORITATE Conciliorum.

CONciliorum authoritas quod â Summo Ponti-
fice deriuetur, & ab ipſo dependeat, plurimis
tum rationibus, tum auctoritatibus probari

poteſt, ſed id paucis oſtendem⁹. Primo quidẽ quia Papa eſt Princeps Eccleſiæ, principatu non dependente ab Eccleſia, ſed a Deo immediate, iuxta Anacleti ſententiam in epiſtola ad omnes Epiſcopos quæ refertur a Gratiano in cap. Sacroſancta: 22. diſtin. Sacroſancta (inquit) Romana, & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſe ab ipſo Domino, & Saluatore noſtro primatum obtinuit, Idem etiam cõprobatur ex ſententia Pelagij Papę (in epiſtola ad omnes Epiſcopos Orthodoxos) aſſerentis, Sancta Romana Eccleſia, Catholica, & Apoſtolica, nullis Synodicis conſtitutis, cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatum obtinet. Tu es (inquiens) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quæ verba referuntur a Gratiano in cap. quamuis. 21. diſtin, Leges autem non habent vigorem & virtutem, ac vim coactiuam niſi ex Principis autoritate, vt libenter quiſq; fatebitur, niſi ſenſu communi careat: Ergo firmitas, & auctoritatis robur quoruncunq; geſtorum in Concilijs Vniuerſalibus, a Romano Pontifice pendet. Secundo quia vt ſuperius ſepius repetitum eſt, Romanus Pontifex eſt caput Eccleſię, & per conſequens Vniuerſalis Concilij, qui Eccleſiam repreſentat, ſed corpus à capite recipit influxum virtutis, ſenſus, & motus, vt inquit Iſidorus libro decimo Etymologiarum, & notiſſimum eſt in doctrina Philoſophorum, & Medicorum, ergo omnis auctoritas & poteſtas Concilij ab ipſo Papa ſicut à capite dependet. Tertio quia Romano Pontifici cura totius Eccleſiæ commiſſa



eſt, ſoli etenim Petro pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus dictum eſt, Paſce oues meas. Ergo ad ſolum Romanum Pontificem, tanquàm Petri ſucceſſorem expectat, pabulum prebere toti eccleſiæ. quod fit in vniuerſalibus Concilijs, diſponendo, ordinando, conſtituendo, corrigendo, difiniendo, interpretando, Omnis ergo auctoritas, & poteſtas Vniuerſalis Concilii, a Romano Pontifice pendet. Quarto id ipſum comprobatur Gelaſij. 1. teſtimonio in epiſtola ad Epiſcopos Dardanię, & refertur a Gratiano in cap. Confidimus. 25. q. 1. vbi dicitur, ꝙ Apoſtolica Sedes vnamquanq; Synodũ ſua autoritate coufirmat. Quinto, Synodus Romana ſub Symmacho tertia dicit quod Apoſtolica ſades ſtatutis Synodalibus conſueuit tribuere firmitatem, quę verba referũtur a Gratiano in cap. Bene quidem, diſtintione. 96. Sexto Paſchalis Papa in epiſtola ad Panormitanũ Archiepiſcopũ, & habetur in ea. Significaſti, extra de electione, dicit quod omnia Concilia per Eccleſiæ Romanę auctoritatẽ, & facta ſunt, & robur acceperunt, Ergo Concilij robur, poteſtas, & auctoritas ab ipſo Romano Pontifice deriuatur, & pendet, Hãc etiam ſentiã Sanctus Thomas cõfirmat, in tractatu quem edidit cõtra impugnantes religionem dicens, Sancti Patres in Concilio congregati, nihil ſtatuere potuiſſent, niſi auctoritate Summi Pontificis interueniente. Quod quidem vel ex eo maxime fit manifeſtum, quia quantuncunq; Concilium aliquod legitime congregatũ fuerit, & quantumuis Legati Sedis Apoſtolicæ Concilio interfuerint, ſẽper Concilia Generalia conſueuerunt, & Prouincialia

nonunquam)confirmationem, et approbationem
petere, a Romano Pontifice. Et cęteris omiſſis quia
longum eſſet omnia recenſere, in nouiſsimo Gene-
rali Concilio Tridentino Seſ. 25. cap. vltimo, decre
tum fuit, confirmationem eſſe petendam nomine Sy
nodi per Apoſtolicæ Sedis Legatos, a Romano Põ
tifice, omnium Decretorum, ac difinitionum ipſiuſ-
met Concilij, quod & factum eſt, ac merito quidẽ,
Quamuis enim Cõcilia Vniuerſalia, Eccleſiam vni
uerſalem repreſentent, & certiſsimum ſit, Eccleſiam
Vniuerſalem in rebus fidei errare non poſſe, tunc
tamen cenſetur Concilium, integre vniuerſalem Ec
cleſiam repreſentare, & eſſe ſimpliciter, & plenarie
Vniuerſale, ꝙ minime errare poſſe in rebus fidei
omnes fatentur, quando cum Eccleſię Patribus, Ro
manus Pontifex eorum caput, & Princeps, vnani-
mi conſenſu, & auctoritate concurrit, ſiue interue-
nit. Neq́; vſquàm reperietur Cõcilium aliquod, Ro
mani Põtificis preſentia, ſeu auctoritate, & approba
tione fulcitũ, erraſſe in fidei deciſionibus, quãuis in
his, quæ de facto ſunt, in quibus citra animarũ pericu
lũ erratur, tã Papa, quã Eccleſia errare poſſint, quia
vtũtur medio falibili, putà teſtib⁹. Cõpertũ eſt aũt,
nõ pauca Cõcilia etiã in rebus fidei, ac morũ erraſſe
nedũ quæ abſq́; Sedis Apoſtolicę auctoritate fuerũt
cõgregata, vt Cõciliũ Ariminẽſe, & Conſtãtinopo
litanum ſub Leone Imperatore, ſed quæ auctorita-
te etiam Romani Pontificis fuerunt coacta, & Le-
gatorum Apoſtolicorum preſentia ſulcita, Neq́; id
quidem mirum, non enim tranfert Summus Ponti-
fex in Legatos, fidei ſuæ ſoliditatem, nec pro fide
Legato-

Legatorum Petri rogauit Chriſtus, vt non defice-
ret, ſed pro fide Petri. Legatus enim Pontificis ade
rat, cum in ſecunda, & tertia Seſſ. Concilij Baſilien.
turpiter erratum eſt in multis, errorîq; cæterorum
Legatus ſuſcripſit. Et Concilio. 2. Epheſino Lega-
ti aderant Summi Pontificis, & tamen omnes ferè
Epiſcopi (Legatis licet repugnantibus) Dioſcori
hæreſi ſubſcripſerunt. Quam propterea Synodum,
poſt Leonem, & Nicolaum Pontifices, Eugenius
Papa. 4. in Decreto ſuper vnione Armenorũ dam-
nauit, & poſt eius damnationem. Sancta (inquit) Ro
mana Eccleſia, omnes Vniuerſales Synodos, aucto
ritate Romani Pontificis legitime congregatas, ac
celebratas, & confirmatas ſuſcipit. In quibus verbis
valde notandum eſt, non dixiſſe, congregatas ſolũ,
ſed celebratas, & confirmatas. Eæ enim ſolùm quæ
auctoritate, aſſenſuq́; Romani Pontificis confirma
tę ſunt, certam fidem facere poſſunt Catholicorum
dogmatum, vt perdoctè, atq; eleganter, id multis ar
gumentis aſtruit Cano libr. 5. de Locis Theologicis
cap. 4. vbi, & de Concilijs Prouincialibus etiam ſcri
bit, ex eis tantum fidei dogma ſummi poſſe, quæ
Romani Pontificis auctoritate confirmata fuerint,
quę vero ab eo non fuerunt confirmata, errare in-
quit in fide potuiſſe, Concilia etiam Epiſcopalia,
(quæ & Dioceſſana appellantur) in decretis fidei
certum etiam argumentum veritatis exhibere aſſe-
rit, ſi à Romano fuerint Pontifice confirmata.
Illa vero cenſentur, decreta fidei eſſe, vel ad fidem
pertinere, tam Conciliorum Generalium, quam alio
rum quoruncunq;, quando ponitur anathema, con

trarium

trarium aſſerenti, aut eſſe de fide explicatur. Ea ergo tantum decreta, definita, atq; ſtatuta cuiuſcũq; Concilij, certa, ac firma haberi poterunt, quę à Romano Pontifice fuerint approbata, à quo robur, poteſtas, & auctoritas Conciliorum deriuatur, & pendet, vt ex ſupradictis patet, & diſertiſſime, ac difuſe ſatis probant Cardinalis à Turre Cremata, libr. 3º. de Eccleſia cap. 6. 8. & 38. & Cardinalis Caietanus libro, ſeu tractatu de auctoritate Papę, & Concilij, Caſtro libro de hæreſibus, verbo Concilium, Cano loco ſuperius adducto, & Alaua tractatu dę Concilijs Generalibus, parte. 1. cap. 5.

## QVIBVS CONCILIIS præſederit Papa.

DIctũ eſt quemadmodum Conciliorum auctoritas, & robur, ab ipſo Romano Põtifice pendeat, ac deriuetur, opere precium erit, referre etiam quibus Concilijs pręſederit Papa. Nam, quæ Concilia eo præſide fuerint celebrata, cæteris quodammodo præſtare quis inficiabitur? Non quod illa quæ ipſo indicente, & Legatis eius intereſſentibus fuerint celebrata, & ab eo poſtea approbata, minus certã, ac firmam fidem faciãt in dogmatibus fidei, ſed quod hęc, hoc pericularius cęteris habeãt, quod eis Summus Pontifex interfuerit, â quo robur, & auctoritas Conciliorum (vt dictum eſt) pendet, Et inſuper, Concilium cui Papa præeſt, iuriſdictionem habeat ordinariam, etiam ad cauſas, & lites inter Epiſcopos, aut clericos ſubortas, iudicialiter examinãdas, & definiẽdas, ratione auctortatis & poteſtatis, quas habet ex præſentia Romani Põtificis, qui iudex ordinarius eſt orbis, iuxta textũ in cap. Cũcta per mundũ, & in cap. Per principalẽ. 9. q. 3. Concilium autem per ſe, abſq; perſona Romani Pontificis, nullam habet iuriſdictionem, nec ordinariam, nec delegatam, ad cognitionem, & deciſionem litium predictarum, niſi illam tacite; vel expreſſe habuerit ab ipſo Romano Pontifi, ce vt probat gloſſa in cap. Apoſtolicæ, de re iud. in. 6. dicens, quod in actu iuriſdictionis, & in eius exercitio, Concilium etiam Generale, & Epiſcopi ibidem congregati, nõ ſũt iudices, ſed Papę cõſultores, & aſſeſores, Quod quidem, ex Innocentij, & Ioan. de Imola ſentẽtia, in cap. Graue, de præbendis, probat Didacꝰ ab Alaua in tractatu de Concilijs, parte prima, capit. 10. & latiſsimè Cardinalis à Turre Cremata in Summa de Eccleſia capit. 38. Quid quod præſente Pontifice Concilio, Decreta Concilij nomine Papæ edenda ſunt, ſub forma ſuperius dicta, videlicet ſacro approbante Concilio, vel alia simili, & conſtitutionem ſic editam, eſſe Conciliarem, cenſent cõmuniter omnes iuris periti. Ad rem igitur deueniendo, omiſſis Hieroſolimitanis Concilijs quibus Petrum Apoſtolum, ex Actis Apoſtolorum præſediſſe conſtat, quia illa, cætera omnia Concilia auctoritate antecellunt, cum ſint in ſcripturam ſacram redacta, & nemo ſanæ mentis negabit, maiorem eſſe auctoritatem ſacræ ſcripturæ, quam Conciliorum, Primum Conciliũ poſt Hieroſolimitana prædicta



præſide

præſide Romano Pontifice celebratum, fertur fuiſſe Romanum.1.ſub Victore.1.ſuper quæſtione Paſchatis. Ac cæteris omnibus Romanis, ac Lateranenſibus, Summos Pontifices præfeciſſe compertum eſt, vno dempto. Romano Quadrageſimoſecūdo, ab Othone.1.Imperatore coacto, pro deponendo Ioanne.12.flagitioſo Pontifice. De Concilijs vero Generalib⁹ (de quibus primo loco dicere oportet) prȩter Lateranenſia Generalia quinq; ,ſub Calixto.2. Innocentio.2. Alexandro.3.Innocētio.3. ac Leone.10.celebrata, Lugdunenſi.5.quod Generale.13.nuncupatur, præfuit Innocentius.4.Lugdunenſi.6.Generali decimoquarto, præfuit Gregorius huius nominis.9. Vienenſi Generali.15.præfuit Clemens.5.Cōſtantiēſi Generali decimoſexto, præfuit initio Ioā.23. poſtea vero Martinus.5. ab eodē Cōcilio in Papā ſublimatus. Florentino Generali.18. prȩfuit Eugenius.4. Cȩteris Generalibus, videlicet Octo prioribus nempe Niceno.1. ſub Silueſtro.1. Conſtantinopolitano.1.ſub Damaſo. Epheſino.1. ſub Cæleſtino.1.Calcedonenſi ſub Leone.1. Conſtantinopolitano.4.ſub Agapeto, Siluerio, & Vigilio. Conſtantinopolitano.5.ſub Agathone, & Leone.2.Niceno.2.ſub Adriano.1. Conſtantinopolitano.6.ſub Adriano.2.( quod Octaua Generalis Synodus nuncupatur, quamuis à Græcis non recipitur) & Baſilienſi, ſub Eugenio.4. ac deniq; Tridentino ſub Paulo.3.Iulio.3.& Pio.4.tam ex hiſtorijs, tum eccleſiaſticis, tum prophanis, quam ex actis eorundem Conciliorum, Legatos Sanctæ Sedis præfuiſſe conſtat.

Sunt

Sunt etiam pleraq; Concilia præter Generalia prædicta, quibus Summi Pontifices præfuerunt. Pontiano præfuit Siluerius. Trecenſi.1.Ioannes.8. Rauennenſi.1.Ioannes.9.Papienſi.2. Rhemenſi.3. Moguntino.6.& Vercellenſi præfuit Leo.9. Florentino.1. Victor.2. Mantuano.1. Alexander.2. Beneuentano Victor.3. Melphico, Troiano, Placentino, Claramontenſi.1.& Melchienſi Vrbanus.2 Florentino.2. Guardaſtalienſi, & Trecenſi, vel Trecaſino.2.Paſchalis.2.Rhemenſi.5.& Toloſano.2. Calixtus.2.Claramontenſi.2.& Rhemenſi.6.Innocentius.2.Vezeliaco, & Rhemenſi.7. ac Treuerenſi.1.Eugenius.3.Claramontenſi.3.& Turonenſi.5. Alexander.3.Veronenſi Lucius.3.Lugdunenſi.7. Bonifacius.8. Ac deniq; Mantuano.2.præfuit Pius Papa.2.

## QVAE CONCILIA fuerunt congregata auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & quibus prȩſederint eius Legati?

Conſequenter dicendum ſeſe offert, iuxta ſuperius, folio.1.propoſita, quæ Concilia, Summorū Pontificum auctoritate fuerint congregata, & quibus præſederint Sedis Apoſtolicȩ Legati. Ac de primo quidē, vt ex his quæ capitib⁹ præcedētibus dicta ſunt, colligere licet; omnia Generalia Concilia, & omnia alia quibus Summos Pontifices præ-



ſediſſe

ſediſſe retulimus, auctoritate Sedis Apo ſtolicç con
gregata fuiſſe, dicere oportet, nō enim dubium eſt
quin ea Cōcilia corū Pontificū auctoritate fuerint
congregata, quibus contigit ijſdem Cōcilijs præſſe,
De Secundo vero, ſilicet de Concilijs quibus Apo
ſtolicæ Sedis Legati prçfuerunt, ad hoc ſpetialiter
ab ipſa Sede miſsi, quod etiam auctoritate dictæ Se-
dis congregata fuerint, vel hac ſola ratione perſua-
deri poteſt, quod niſi Romanorum Pontificum au-
ctoritate congrega fuiſſen Legatos ſuos nequaquā
miſsiſent, qui eis prçſiderent. Ac de Generalibus
Octo prioribus, quod auctoritate Sedis Apoſtolicç
fuerint congregata, præterquam quod eis omnibns
ferê conſtat, præfuiſſe Sanctæ Sedis Legatos, & de
Secundo, ſcilicet Conſtantinopolitano primo, ex
Breuiario Romano liquet, in vita Damaſi Papæ, ab
eodem Damaſo fuiſſe indictum, compertum eſt ex
actibus eorumdem omnia illa iuſu Imperatorum
congregata fuiſſe. Sed quod ex hoc etiam ſequatur
auctoritate Sedis Apoſtolicæ fuiſſe cōgregata, pro
batur ex egregia, & valde notanda expoſitione Ar
chidiaconi (ſubtilis vtriuſque iuris interpretis) circa
verba illa Sixti. 3. in cap, Mandaſtis. 2. quçſt. 5. vbi
dicit textus Valentinianus Auguſtus noſtra aucto
ritate Synodum congregari iuſsit, Inquit Archidia
conus, vbicunque inuenias Imperatarem Conciliū
congregaſſe, intellige ſecundum iſtud, ſcilicet aucto
ritate Summi Pontificis, Sed & ex actis corundem
Conciliorum, & ex diuerſorum auctorum hiſtoria
rum libris, liquido cōſtat, Niceno. 1. præfuiſſe Vin
centium, & Victorem (& vt quibuſdā placet, Oſiū
Corduben-

Corduben. Epm) Siluestri. 1. Legatos. Epheſino. 1.
Cyrillū Alexandrinū Antiſtitē, Legatum Cœleſti
ni Papæ. Chalcedonenſi, Paſchaſinū, & Lucentiū
Epos, & Bonifaciū Præsbyterū, Legatos Leonis. 1.
Cōſtātinop. 4. Quinto Generali nūcupato, auctori-
tate Agapeti Sūmi Pont. Mēnam Cōſtantinop. Pa
triarcham. Conſtantinopolitano. 5. quod Sexta Ge
neralis Synodus appellatur, Ioānem Epiſcopū Por
tuenſem, Theodorum, & Georgium præsbyteros,
& Ioannem Diaconum Romanæ Sedis Legatos.
Niceno. 2. quod fuit Septimū Generale, Petrū Ar-
chipræsbyterum, & Petrum monachum Adria-
ni. 1. Legatos. Conſtantinopolitano. 6. quod fuit,
8. Generale, Donatum, & Stephanum Epos, & Ma
rinū Diaconū, Legatos Adriani. 2. Baſilieſi vero 17.
Generali Cōcilio, initio præfuit Iulianus Sancti An
geli Cardinalis, Eugenij. 4. Legatꝰ, Sed paulo dein
ceps, intelligēs Papa, prçdictū Cōciliū nō recto tra
mite procedere, & Conciliū diſſoluit; & facultatē in
eo prçſidēdi, dicto Cardinali abrogauit. Ac deniq;
Tridētino, ex eius actibus cōſtat, diuerſos, diuerſis
tēporibꝰ Cardinales, Sāctæ Sedis Legatos prçfuiſſe
. Sed & præter Generalia ſupradicta, plura alia re
cēſentur, auctoritate Sedis Apoſt. cōgregata Cōci
lia, & alia quibꝰ præfuiſſe Legatos Sedis Apoſt. cō
ſtat; quç, & eiuſdē Sedis Apoſt. auctoritate cōgrega
ta eſſe, cēſendū eſt. De Cœſariē. 1. ſub Victore. 1. ex
epiſtola Theophili Cœſarien. Epi, qui eidē prçfuit
Cōilio, cū Narciſſo Hieroſol, Præſule, cōſtat, illud
auctoritate Rom. Pōt. fuiſſe coactū, Et de Frācico
ſub Zacharia, Iouerius refert, iuſſione apoſtolica, a. S.

Bonifacio fuiſſe celebratum. De Francfordienſe vero, ſub Adriano. 1. ab Epiſcopis totius Galliæ, & Germaniæ celebrato, quod quaſi Generale cenſetur. 3. Tomo Conciliorum ſcribitur, auctoritate dicti Adriani indictum fuiſſe, & ei præfuiſſe Theophilum, & Stephanum eiuſdem pontificis Legatos. De Arelatenſi etiam. 2. ſub Silueſtro. 1. Claudianũ; & Auitum Præsbiteros, Eugenium, & Quyriacum Diaconos à Silueſtro miſſos. 1. Tom. Conciliorum præfuiſſe refertur. Et Turonenſi. 4. pręſediſſe Ildebrandum Cardinalem, Victoris. 2. Legatum, Et northutenſi apud Turinges. Legatos Apoſtolicos Paſchalis. 2. interfuiſſe, Guilielmus, & Abbas Vueſpergenſis memorię tradiderunt. Ingelheimẽſe etiam primum, ſub Agapeto. 2. Rhemenſe. 4. Bellouacenſe, & Cathalaunenſe ſub Paſchali. 2. Londinum, ſeu Londinenſe. 2. ſub Honorio. 2. Moguntinum. 8. Antiochenum. 3. & Hieroſolimitanum. 7. ſub Innocentio. 2. Northantonenſe. 1. ſub Alexandro. 3. Diuionenſe ſub Innocentio. 3. Germanicum ſub Honorio. 3. Londinenſe ſub Gregorio. 9. Northantonenſe. 2. & Londinenſe. 4. ſub Clemente. 4. Ac deniq; Pariſienſe. 7. ſub Bonifacio. 8. preſidentibus in eis Legatis Apoſtolicis celebrata ſunt, vt in noſtra hac Chronographia refertur. An vero Legati qui his quindecim poſterioribus Concilijs præfuerunt, miſſi fuerint ſpetialiter à Sede Apoſtolica ad ea Concilia indicenda, ac celebranda, mihi incõpertum eſt. Non modicum autem intereſt, an ad illa ſpetialiter congreganda miſſi fuerint, vel an ea munere ſuę Legationis quiſq; in Prouincia ſua indixerit, ſine ſpetiali commiſſione. Legatus enim Apoſtolicus à Latere, cũ ſit Ordinarius, vel Ordinario ſimilis, poteſt iure ordinario Legationis, abſq; alia ſpetiali commiſſione, Concilium Prouinciale celebrare ſicut Metropolitanus, aut Primas, iuxta communem ſententiam Canoniſtarum in cap. quod tranſlationem, de officio Legati. Altioris autem gradus digniorisq; ordinis cenſentur Concilia, quę ex ſpetiali commiſſione Sedis Apoſtolicæ indicuntur, & celebrantur ab eius Legato, quàm quę ipſe, iure ordinario coegerit.

## QVAE CONCILIA fuerunt approbata à Sede Apoſtolica, vel ab aliquo Generali Concilio?

ENumeratis Concilijs, quibus Papam, vel eius Legatos contingit præeſſe, & quę Sedis Apoſtolicę auctoritate congregata fuiſſe referũtur, non erit abs re, ea etiam recenſere, quę ab ipſa Sede Apoſtolica, vel ab aliquo alio Concilio approbata fuere. Atq; ex his quidem quæ hactenus circa hæc à me obſeruata ſunt, vt à Conciliorum Generalium approbatione exordiar, pręterquam quod Nicenum. 1. Generale Concilium, à Silueſtro Papa, eius reſcripto ad Concilium miſſo, & ab eodem etiã Silueſtro, cum Concilio Romano. 273. Epiſcoporum, approbatum reperitur. Et de Cõſtãtinopolitano. 1.

quod ſecũda Generalis Synodus vocatur, à Dama
ſo Papa, qui eũ indixerat, ſuaſu. B. Ambroſij. cõfir
matũ, Genebrardus ſcribit) quid de his, cum Epheſi
no. 3. & Chalcedonenſi. 4. Generalibus, Gelaſius
Papa. 1. cũ Cõcilio. 70. Epiſcop. Romæ collecto,
dicat, libet referre, pro vt ẽt refertur a Gratiano in
c. Sctã Romana Eccl. 15. diſt. Sãcta (inquit) Romana
eccleſia poſt illas veteris teſtamẽti, & noui ſcriptu-
ras, quas regulariter ſuſcipimus, etiã has ſuſcipi, non
prohibet. Sãctã Synodũ Nicenã. 318. Patrũ, mediã
te Cõſtãtino Maximo Auguſto, in qua Arrius hęre
ticus cõdẽnatus eſt. Sctã Synodũ Cõſtãtinop. me-
diãte Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedo
nius hæreticus debitã damnationẽ excepit. Sãctã
Synodũ Epheſinã primã, in qua Neſtorius dãnatus
eſt, cõſenſu beati Papæ Cœleſtini, mediãte Cyrillo
Alexãdrinę ſedis antiſtite, & Arcadio Epiſcopo, ab
Italia deſtinato. Sanctã Synodũ Chalcedonenſem
mediante Martiano Auguſto, & Anatolio Conſtã
tinopolitano Epiſcopo, in qua Neſtoriana, & Eu-
tychiana hæreſis, ſimul cum Dioſcoro, eiuſq; com-
plicibus damnatę ſunt. Sed etſi qua ſunt concilia à
Sanctis Patribus hactenus inſtituta, poſt iſtorũ qua
tuor auctoritatẽ, etiã cuſtodiẽda, & recipiẽda, mãda
mus, & decernimus. Sed quid poſt Gelaſiũ, beatiſ
ſimus Papa Gregorius. 1. de iiſdẽ. 4. prioribus, & de
quinta Generali Synodo Cõſtantinopoli habita, in
epiſt. 24. ad Ioãnẽ Epiſcopũ Cõſtantinop. fateatur,
opere prętiũ etiã erit referre, ſicut etiã refertur à prę
dicto Gratiano, in cap. Sicut Sancti. 15. diſtinctione.
Sicut Sãcti (inquit) Euãgelij quatuor libros, ſic qua



tuor Cõcilia ſuſcipere, & venerari me fateor. Nice-
nũ ſcilicet, in quo peruerſum Arrij dogma deſtrui-
tur. Cõſtantinopolitanũ quoq;, in quo Eunomij,
& Macedonij error cõuincitur. Epheſinũ ẽt primũ
in quo Neſtorij impietas iudicatur. Chalcedonenſe
verò, in quo Eutychetis, & Dioſcori prauitas eſt re-
probata. Hæc tota deuotione amplector, & intege-
rrima approbatiõe cuſtodio: quia in his velut in qua
drato lapide, ſanctę fidei ſtructura cõſurgit, & cuiuſ
libet vitę cõmunis, atq; actiõis norma cõſiſtit. Quin
tũ verò Cõciliũ veneror, in quo epiſtola quæ Ibe di
citur, erroris plena, reprobatur: in quo Theodorus
perſonã mediatoris Dei, & hominũ, in duab⁹ ſubſtã
tijs ſeparans, ad impietatis perfidiã cecidiſſe cõuin-
citur, & in quo ſcripta Theodori, per quæ beati Cy
rilli fides reprehẽditur, auſu demẽtię prolata refutã
tur, Cũctas verò quas præfata venerãda Cõcilia per
ſonas reſpuũt, reſpuo: quæ venerãtur amplector: qa
dũ vniuerſali ſunt cõſtituta cõſenſu, ſe & nõ illa de
ſtruit, quiſquis prę̨ſumit abſoluere quos ligant, aut
religare quos abſoluunt. Hæc. B. Papa Gregorius.
Sed & in eadẽ Quinta Generali Synodo, qua-
tuor Generalia priora fuiſſe confirmata ex Actis
eiuſdem Quintę Synodi conſtat. De ſexta verò
Generali, Conſtãtinopoli etiã celebrata, extat epi-
ſtola. B. Leonis Papæ. 2. ad Cõſtantinũ Cæſarẽ qua
eiuſdẽ ſextæ Synodi acta admittit, & approbat. De
eodẽ etiã Adrianus Papa Tharaſio Patriarchæ ita
ſcribit. Sextã Synodũ ſanctã cũ omnibus Canoni-
bus ſuis recipio, Quod etiam refertur à Gratiano, in
cap. Sextã. 16. diſt. Sed & eadẽ Sexta Synod⁹ pręter

quinq; priora Generalia ſupradicta, nonnulla alia
etiam Concilia confirmaſſe compertum eſt, ex his
quæ refert Gratianus in cap. Quoniam.16.diſtinct.
Item(inquit)confirmamus & cęteros Sanctorũ Ca
nones & Synodos, primam Nicenam, & Ancyrita-
nam, Neocæſarienſem, Gangienſem, Antiochenã,
Laodicen. Conſtantinopolitanam , Epheſinam. 1.
Chalcedonenſem, Sardicẽſem, & Carthaginenſem.

Septima etiã Generalis Synodus, quę fuit Nicena
Secunda, ſex pręd ícta priora approbauit, & ipſa ab
Adriano. 1. Põtifice approbata fuit, vt Iuo Carno-
thenſis in ſuo Decr. ſcribit, parte.4.cap.127.&.128.

Octaua tandem Generalis Conſtantinopoli cele
brata ſub Adriano Secundo (quamuis Græci octa
uam eam non agnoſcunt) ſeptem alia priora Gene-
ralia ſupradicta approbauit, & omnia ſimul per ſub
ſequentes ordine Pontifices ſepius approbata, & cõ
firmata ſuiſſe, ex libro profeſsionum Rom. Pontif.
conſtat, quod ab Iuone lib. 2. refertur, & à Gratia-
no in cap. Sancta.16.diſtin. ſub his verbis. Sancta
octo vniuerſalia Concilia, primum Nicenum, Secũ
dum Conſtantinopolitanum, Tertium Epheſinum,
Chalcedonenſe Quartum, Quintum item Conſtan
tinopolitanum, & Sextum , item Nicenum Septi-
mum, Octauum quoq; Conſtantinopolitanũ, vſq;
ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari hono-
re, & veneratione digna habere, & quæ prædicaue
runt, & ſtatuerunt, modis omnibus ſequi, & prædi-
care, & quæcunq; condemnauerunt, ore , & corde
condemnare profiteor. Atq; hactenus de Concilijs
Octo priorib⁹ Generalibus quæ Oriẽtalia dicũtur.

De

De Occidentalibus vero , quorum , duodecim
in Chronographia hæc referuntur, videlicet Latera
nenſe ſub Calixto.2. Nonum Generale, & Primum
apud Latinos. Lateranenſe ſub Innocentio.2. De-
cimum Generale, Lateranenſe ſub Alexandro. 3.
Vndecimum Generale, Lugdunenſe ſub Innocen
tio.4. Decimum tertium Generale, Lugdunẽſe ſub
Gregor. 10. Decimũ quartũ Generale. Vienẽſe ſub
Clemente 5. Decimũ quintũ Generale. Cõſtantiẽſe
ſub ſchiſma celebratũ, Decimũ ſextũ Generale.
Baſilienſe, & Florentinum ſub Eugenio. 4. Deci-
mum ſeptimum , & Decimum octauum Generalia.
Lateranen. ſub Iulio.2. & Leone. 10. Decimum no
num Generale, ac deniq; Tridẽtinum ſub Paulo.3.
Iulio.3. & Pio.4. Vigeſimũ, & poſtremũ Generale.

Quę quidẽ Occidẽtalia Generalia Cõcilia (dem
ptis Conſtantienſe, Baſilienſi, ac Tridentino ) præ-
ſentia Pontificum, qui eis præfuiſſe conſtat, ſunt cõ
firmata, atq; ſtabilita. De Cõſtantienſi vero, in quo
Martinus Papa.5. electus fuit, in Seſſione.41. & vlti
ma, de diſſolutione eiuſdem Concilij, hæc verba le-
guntur. Martinus Papa.5. dixit, quod omnia , & ſin
gula determinata, concluſa, & decreta in materijs fi
dei, per præſens Concilium conciliariter, tenere, &
inuiolabiliter obſeruare volebat, & nunquam con-
traire quoquò modo , ipſaq; ſic conciliariter facta,
approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo.
De Concilio Baſilienſi Nicolaus.5. qui ſuceſſit Eu
genio.4. ſub quo celebratum eſt, per Bullam ſuam,
geſta in Concilio Baſilienſi, propter ſecuritatem ani
marum, & cauẽda pericula conſcientiarũ, cõfirmat

quæ ſpectant ad cēſuras, indulgētias, & cauſas beneficiales. De alijs nihil, nec de probatiōe eius Cōcilij.

De Tridentino vero, notiſsimum eſt à Pio. 4. fuiſſe approbatum, & confirmatum, vt conſtat ex Bulla approbationis, & confirmationis, quæ circunfertur, cum actis ipſiuſmet Concilij.

Sūt Prætereà, & nōnulla alia Concilia, quæ à Sede etiā Apoſtolica videntur fuiſſe approbata, & cōfirmata, vt Conciliū Tolet. 1. ſub Anaſtaſio. 1. quod à Leone Papa. 1. fuiſſe approbatum. 1. Tomo Conciliorum refertur. De Meliuitano ſub Innocentio. 1. Miranda in Sūma Conciliorum ſcribit, ab ipſo Innocencio fuiſſe approbata, quę fuerunt in eo difinita. Hiſpalenſe. 1. ſub Pelagio. 2. celebratum, robur habere à Sede Romana, idem Mirāda affirmat, Sed & Toletanū. 4. ſub eodem Pelagio habitum, à beato Gregor. 1. fuiſſe approbatum, ex eius epiſtolis apparet. Quę vero ab alijs Concilijs approbata fuerint, ex ſuperius dictis, ſatis conſtare cenſeo.

## DE RATIONE ANNVMERANDI Concilia, tam Generalia, quam cætera, huius Chronographiæ.

QVoniam in annumerandis Concilijs, ſeu aſſignandis numeris, tam Generalium, quam aliorū Conciliorum, in pluribus diuerſam rationem ſequuti ſumus, ab ea quam ſequūtur Petrus Crabbe, & Laurentius Surius in Tomis Conciliorum, libet huius diuerſitatis rationem paucis aperire. Et vt de Generalibus Concilijs prius ſit ſermo, in Tomis quidem Conciliorum, poſt Generalia illa octo priora Orientalia, ſeptem tantum Occidentalia enumerantur, videlicet Lateranenſe ſub Alexandro. 3. Lateranenſe aliud ſub Innocentio. 3. Conſtantiēſe, Baſilienſe, Florentinum, Lateran. ſub Leone. 10. ac deniq; Tridentinum. Nos vero inter octauum Generale, & Lateranenſe ſub Alexandro. 3. alia duo Lateranſia Generalia recenſemus, Alterum videlicet ſub Calixto. 2. (Patrum nongentorum, vt Platina eſt auctor) quod à Genebrardo, nonum Generale, & primum apud Latinos appellatur, Alterū Lateranenſe etiam, ſub Innocentio. 2. cui mille Patres interfuiſſe, Genebrardus teſtatur. Inter Lateranenſe etiam ſub Innocentio. 3. & Conſtantienſe, nos alia tria Generalia retulimus, videlicet Lugdunenſe ſub Innocentio. 4. quod Genebrardus, Papirius Maſſonus, & alij, Generale appellant. Item Lugdunenſe aliud ſub Gregorio. 10. quod Genebrardus Generale vocat, & ei Paleologum Conſtātinopolitanum Imperatorem cum Græcis Epiſcopis interfuiſſe, Platina, & Maſſonus in vitis Pontificum ſcribunt. Ac deniq; Vienenſe ſub Clemente. 5 quod à Miranda, & alijs, Generale nuncupatur.

Cū ergo in Tomis Conciliorum quindecim tantum, in Chronographia vero hac viginti Generalia recenſeantur Concilia, hinc eſt quod Lateranenſia ſub Alexandro. 3. & Innocentio. 3 quę Surio ſunt Nonum, & Decimum Generale, hic Vndecimum,

& Duodecimũ appellantur. Conſtantienſe vero, Baſilienſe, Florentinum, Lateranẽſe ſub Leone. 10. & Tridentinum, qui tomis Conciliorum Vndecimum, Duodecimum, Decimum tertium, Decimum quartum, & Decimũ quintum locum obtinẽt, hic Decimum ſextum, Decimum ſeptimum, Decimum octauum, Decimũ nonum, ac Vigeſsimũ nuncupãtur.

In alijs etiam Concilijs non Generalibus, ſimile diſcrimen, qui Tomos Conciliorum, & hanc Chronographiam legerit, facile deprehendet. Et vt a Concilijs Romanis auſpicemur, Sexagintaduo in hac Chronographia recenſentur Concilia, quorum tredecim Lateranenſia Romana nuncupãtur, cætera vero Romana ſimpliciter, in Tomis vero Cõciliorũ Romana vndecim, Lateranenſia ſex tantum reperire eſt, vnde & numeros variare neceſſe fuit, Nam quod Surio, primũ Romanum eſt ſub Silueſtro. 1. in Chronographia hac tertium vocatur, quippe cui Romana alia duo præceſſerunt, Alterum ſub Victore Primo, Alterum ſub Fabiano Papa, ſicq; in reliquis Romanis enumerãdis, maximũ diſcrimen eſt.

In Toletanis etiam, in Chronographia Viginti recenſentur, in Tomis vero Tredecim tantum referuntur, Cumq; inter Toletanum Primum, ſub Anaſtaſio Papa, & Toletanum ſub Ioanne. 2. habitum, quod ſecundum eſt in Tomis Conciliorum, in Chronographia hac, aliud referatur ſub Innocentio. 1. quod vere ſecundum fuit, de quo nulla mentio in Tomis Conciliorum, non potuit non, in ſecundo, & in reliquis Toletanis, numer⁹ variari. Cõſtãtinopolitana ſimiliter, quatuor tantũ in Tomis Cõciliorum reperiuntur,

periuntur,

periuntur, videlicet Secundum. Quintum, Sextum & Octauũ Generalia. Nos vero inter Conſtantinopolitanum primum, quod eſt Secundũ Generale, & Cõſtantinopolitanum Secundum, quod Quintum Generale vocatur, alia duo poſuimus Conſtantinopolitana Concilia ſub Leone. 1. habita, Vnde quod in Tomis Conciliorum ſecundum locum obtinet, in Chronographia quartum vocatur, Quod illic tertium, hic quintum, Quod illic deniq; quartum, hic ſextum recẽſentur, Vtrobiq; tamen eundem numerum in ordine Generalium obtinẽt. In Concilijs etiam Carthaginẽſibus annumerandis non minus variari contingit, etenim in primo Tomo Conciliorum, primum Concilium Carthaginenſe vocatur, quod ſub Silueſtro eſt habitum. At nos ante Concilium illud, alia duo Carthaginenſia ſub Cornelio Papa celebrata recenſemus, Vnde Cõcilium illud ſub Silueſtro, in Chronographia tertium vocatur, & quod in Tomis vocatur ſecundum, in Chronographia quartum appellatur, & ſimiliter in ſequentibus, numeri ſunt variati. Idem etiam in Aurelianenſibus euenit, quorũ quinq; in Tomis recenſentur, in Chronographia vero ſeptem. Sed quod primum eſt in Tomis, circa tempora Hormiſdę habitum, Secundũ eſt in Chronographia, quia ante illud, aliud ſub Fœlice. 1. recenſetur, quod vere, primum Aurelianẽſe fuit, ſicq; in ſub ſequentibus numeri ſunt immutati. Quorum diſcriminum beneuolum lectorem admonere volui, vt ſcrupulum ei, quod ex hac varietate ſe ingerere poterat, ſubmouerem.

## QVAE CONCILIA cenſeantur fuiſſe Nationalia?

QVi non oſcitanter hanc noſtram Conciliorũ Chronographiam perlegerit, facile animaduertet, præter Viginti, quæ in ea recenſentur Generalia Concilia, & preter alia quæ à Metropolitanis Prouinciarum, cum Epiſcopis Comprouincialibus, & ſuffraganeis fuerũt celebrata (quę propterea Prouincialia dicuntur) eſſe plura alia Concilia, quę quamuis Generalia non cenſeantur (quia generali conuocatione non fuerunt indicta, nec propter cauſas communes totius Chriſtianæ Reipublicę) Prouincialia tamẽ nequaquã vocari merẽtur, quia nõ ab Epiſcopis huius, vel illius Prouinciæ, ſed ab vniuerſis alicuius Nationis, ſeu Regni (& interdum pluriũ Nationum, ſeu Regnorum) fuerunt celebrata. Hæc quidem Concilia, non immerito Nationalia appellãtur. Cuius generis eſſe cenſentur Carthaginẽſia omnia (dẽpto Carthaginẽſi Tertio, ſub Silueſtro Primo, Epiſcoporum vndeuiginti) Arelatenſe Secundum, ſub eodem Silueſtro. Africana duo, alterum ſub Damaſo, alterum ſub Bonifacio Primo celebrata. AEgiptiacum ſub Leone. 1. Francicum ſub Zacharia, & Germanicum ſub Honorio Tertio, quia hęc ab vniuerſis Epiſcopis illorum Nationum cenſentur fuiſſe celebrata. His addenda ſunt Sardicenſe Primum, ſub Iulio Primo, Epiſcoporum circiter Trecentorum. Alexandrinum Primum, & Secundum, Epiſcoporum AEgipti. Cõſtã

tinopolitanum

tinopolitanum Secũdum, ſub Leone. 1. Epiſcoporum Quadraginta. Epaunenſe ſub Gelaſio Primo, Epiſcoporum ſeptuaginta. Toletanum Quintum, ſub Honorio 1. Epiſcoporum item Septuaginta. Toletanũ Septimum, ſub eodem Pontifice Epiſcoporum Quinquaginta duorum. Toletanum Octauum, ſub Theodoro, Epiſcoporũ Triginta & octo. Toletanum Nonum, ſub Martino. 1. Epiſcoporũ Quinquaginta duorum. Toletanum. 14. ſub Leone Secundo, Epiſcoporum Quinquaginta & octo. Toletanum Decimumſextum, ſub Sergio 1. Epiſcoporum. 61. Hiſpaniæ, & Galliæ. Toletanum Decimumſeptimum, ſub eodem Põtifice, totidem Epiſcoporum. Francfordienſe ſub Adriano. 1. Epiſcoporum totius Galliæ, & Germaniæ. Vuormatienſe Secũdum, ſub Adriano Secũdo, quod in præfatione Generale vocatur. Pariſienſe Quartum, à Gallis, Anglis, Flandris, Normanis, & Lotharingis Epiſcopis ſub Vrbano Secũdo celebratum. Pariſienſe Quintum, ſub Vrbano Quinto. Bituricenſe ſub Eugenio Quarto. Turonenſe Sextum, ſub Iulio Secundo, ab Epiſcopis totius Gallię celebrata.

His etiam annumeranda veniunt Moguntinum Quartum, ſub Leone. 4. Moguntinum Quintum, ſub Stephano Quinto. Rhemẽſe Secũdum, ſub Ioãne Decimoſexto. Piſanum Secũdum, ſub Gregorio Duodecimo, a Cardinalibus indictum. Neapolitanum in Samaria, ſub Calixto Secũdo. Sueſſionẽſe Secũdum, ſub prædicto Leone. 4. Antiochenum Tertium, ſub Innocentio Secũdo. Diuionenſe, ſub Innocentio Tertio. Herbipolienſe Secundum, ſub


Martino

Martino Quarto, quæ à plurimis Epiſcopis, eorum ſingula (ab ſcriptoribus) celebrata recenſentur.

Sed neq; ab hac appellatione excludẽda videntur, Aquilegiẽſe, ſub Damaſo Epiſcoporũ Triginta duorum, & Valentinum in Gallia ſub eodem Põtifice, Epiſcoporum Triginta. Agathenſe ſub Xiſto Tertio, Epiſcoporum Triginta & quinq;. Arelatenſe Tertium, ſub Leone Primo, Epiſcoporum. 34. Aurelianenſe. 1. ſub Fœlice Tertio, Epiſcoporum Triginta, ſeu. 33. Aurelianenſe Secundum, ſub Hormiſda Epiſcoporum Triginta trium. Theodonenſe ſub Leone Tertio, Epiſcoporum Triginta duorum. Moguntinum Primum ſub eodem Pontifice, Epiſcoporum Triginta, & Abbatum. 25. Ingelhimenſe Primum, ſub Agapeto Secundo Epiſcoporum. 34. Auguſtanum Secundum, ſub Agapeto Secundo, Epiſcoporum viginti quinq; cui interfuit Otho Primus Imperator.

Romana vero quæ extra Generalium ordinẽ recẽſentur, & ea quibus ſuperius Sũmos Põtifices præſediſſe retulimus, indignum quidẽ eſſet, illa inter Nationalia cõnumerare dignioris quippe ordinis eſſe videtur, Quamuis enim Generalia non ſint dicenda ſimpliciter, quia generali conuocatione non fuerunt indicta, neq; propter comũnes reipublicæ cauſas, auctoritate tamen, quaſi Generalia cenſentur, propter Romanorũ Põtificum, auctoritatem, qui eis præfuiſſe referuntur.

LIBRI

# LIBRI, ET AVTORES ex quibus Concilia huius Indicis ſeu Chronographiæ ſunt excerpta.

A

ABBAS Vueſpergenſis.
Acta Apoſtolorum
Antoninꝰ Archiepiſcopus Florentinus.
Arnaldus Pontacus.

B

BArtholomeus Carranza de Mirãda.
Beda in Hiſtoria Anglicana.
Blondus Forliuiẽſis in Hiſtoria.
Breuiarium Romanum.

C

COnciliorum. 1. 2. 3. &. 4. tomus.
Cornelius Papa in epiſtola ad Fabium Epiſcopũ Antioche.
Chronicon. D. Hieronimi.
Chronicon Proſperi.
Chronicon Caſſinenſe.
Chronicon Francorum.
Chronicon Iſaurgiẽſe.

E

EPiſtola. 4. Siricij Papę.
Epiſtola. D. Auguſtini. 92.
Epiſtola Epiſcoporum AEgipti ad Leonem Auguſtum.
Euſebius Cęſarienſis in Hiſtoria Eccleſiaſtica
Ednerd. in vita beati Anſelmi.

F

FAſciculus Temporum.
Franciſcus Iouerius.

G

GIlbertus Genebrardus in Chronographia.
Gratianus in Decretis.

Gregorius in Regiſtro.
Gundiſaluus Illeſcas in Hiſtoria Pontificum.
Guilielmus Masmelber. in lib. de Geſtis Anglorum.
Guilielmus de Nangiaco
Guilielmus Tyrius.

H

HErmanus Contractus.
Hiſtoria Tripartita.

I

IOANNES Trithemius in Chronic.

L

LAmbertinus in Hiſtoria Germanorum.
Liber Pontificalis

M

MArcus Antonius Sabellicus.

N

NIcephorus in Hiſtoria Eccleſiaſtica.

O

ONuphrius Pannuinus.
Ottho Friſingenſis.

P

PLatina in vitis Pontificum.
Palmerius.
Papirius Maſſonus.
Polidorus Virgilius.

R

RAphael Volaterranus.
Robertus Guaguin'
Rheginon in continuatione Chron.

S

SIgebertus in Chronicis.
Supplementum Chronicorum.

T

VIncentius in Speculo Hiſtoriali.



# CONCILIORVM OMNIVM, ORTHODOXORUM, Generalium, Nationalium, & Prouincialium, INDEX, CHRONOGRAPHIA, SEV EPITOME

quo breuiter, ac ſūmatim deſcribitur, Quo loco, Quibuſq; de cauſis vnumquodq; Conciliū fuerit coactum, Quotq; Patres cuilibet interfuerunt Concilio, Quæ ve precipue in quolibet eorum, fuerunt decreta, ac deffinita. Refertur præterea quibus Concilijs præſederit Papa, vel eius Legati, & quæ Sedis Apoſtolicæ auctoritate fuerūt congregata, ſeu confirmata, vel ab aliquo alio



VERSITARIA

Concilio approbata. Aſignatur etiam, inter lineas a ſummo vſque deorſum diductas, videlicet, a latere dextro cuiuslibet columnæ, e regione cuiuſq; Concilij, Primum, Annus. Deinde nomen Summi Pontificis. Poſtremo a latere ſiniſtro, nomen Imperatoris, ſub quibus, vnum quodq; Concilium eſt celebratum. Multa deniq; hic ſunt concinnata Concilia (ex varijs autoribus, quorum nomina hic referuntur excerpta) quæ in voluminibus Conciliorum, non reperiũtur.

¶ Generalia Concilia hoc ſigno ✠ ſunt annotata, cætera omnia, ſunt, aut Nationalia, aut Prouincialia.



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | HIEROSOLIMIS, ab Apoſtolis, quatuor refert Gloſſa Ordinaria celebrata Cõcilia. Primum, quo electus | |
| 33 | | eſt Mathias, Actorum cap. 5. Secundum, quo electi ſunt ſeptem Diaconi, | |
| 34 | Petrus. | Actorum capit. 6. Tertium, quod fuit plenaria Conciliorum forma, | Claudius. |
| 47 | | à Sanctis Patribus poſtea obſeruata, Actorum cap. 15. quo diffinitum eſt, fideles abſtinere debere, à contaminationibus ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocatis. Quartũ, | |

| Anni Dni. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Petrus. | ſcribitur Actorum.c.21. in quo, declaratum eſt, (vt refert Beda) licitū eſſe conuerſis Iudeis, cum Fide,& Sacramentis Noui Teſtamēti, etiam Circunciſione,& alijs Ceremonijs,& Sacrificijs Veteris Teſtamēti, vti. Non quaſi Lex Noua non ſufficeret, ſed vt mater Synagoga paulatim, cum honore ſepeliretur, quoniā à Deo fuerat fundata. | Claudius. |
| .204. | Victor. | * CAESARIENSE, Victore Romano Pontifice, apud Cæſaream Paleſtinę celebratum, ſuper quęſtiōe Paſchatis, auctoritate Romani Pōtificis | Iulianus. |

con



| Anni Dni. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .206. | Victor. | congregatum, vt apparet ex epiſtola Teophili Cæſariēſis Epiſcopi, qui huic præfuit Concilio, cum Narciſſo Hieroſolimorū Epiſcopo. Euſebius libr. 5. Eccleſiaſticæ Hiſtorię cap.22.&.23.<br>* ROMANVM. 1. eodem Pontifice, & eadem de re, Romæ celebratum, quo diffinitum eſt, Paſcha celebrari debere, prima Dominica occurrenti à. 13. Luna, poſt æquinoctium Vernale, cuius rei cauſa, habita ſunt multis in locis Cōcilia. Euſeb. eod. lib. & cap. | Seuerus. |
| | | * ROMANVM. 2. | |

 Seſa

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .242. | Fabianus | Seſaginta Epiſcoporum, à Fabiano Papa celebratum, cõtra Nouatum hæreticum contendentem, apoſtatas pœnitentes, ab Eccleſia recipiẽdos non eſſe. Breuiarium Romanum, in vita Sancti Fabiani. | Gordianus. |
| .252. | Corneliꝰ | CORNELIVS Papa in epiſtola ad Fabium Epiſcopum Antiochenum, meminit de Synodo Romana. Italica, atq; Africana. *CARTHAGINENſe.1. Epiſcoporũ octuagintaquinq;, cui præfuit beatus Ciprianus, quo decretum eſt, baptizatos ab | Decius. |

hęre-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .252. | Corneliꝰ | hæreticis, rebaptizandos eſſe. Ciprianus in Epiſtola ad Iubaianum. Sed huius Concilij decreta non recipit Catholica Eccleſia, quin teſte Hyeronimo, illi ijdẽ Epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos ſtatuerunt, contrarium poſtea, emiſère decretũ. 1. Tom. Concil. *CARTHAGINENſe.2. contra negantes, infantes, baptizandos eſſe ante octauum diem. Ciprianus lib. 3. epiſtola. 8. | Decius. |
| .267. | Dioniſiꝰ | *ANTIOCHENVM .1. contra Paulum Samoſatenum negantem, Dei filium è cœlo deſcẽdiſſe, | Galienus |

ſed

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ſed à Maria cœpiſſe originem, & initium à terra | |
| 267. | Dioniſius. | habuiſſe. Euſeb. lib. 7. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Capite Vigeſimo Secundo. | Galienus. |
| 298. | Marcellinus. | * SINVESSANVM, apud Campaniam centũ octuaginta Epiſcoporũ, vbi Marcellinus Papa confeſſus eſt, ſe Idolis ſacrificaſſe. Breuiarium Romanum Vigeſima ſexta die menſis Aprilis. | Dioclecianus. |
| 308. | Euſebius. | * ANCIRANVM, Epiſcoporum decem & octo, contra eos, qui recipere recuſabant reuer- | Cõſtantius. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | tentes ad fidem, qua metu tormentorum defecerant. Continet Canones Vigintiquatuor, quæ recepta ſunt, in Sexta Synodo Generali Conſtantinopoli, in Trullo celebrata. 1. Tom. Concilior. | |
| 314. | Melchiades. | * NEOCESSARIENſe, Epiſcoporum Decem & ſeptẽ, quo ſtabilita ſunt Decreta Quatuordecim, de Cœlibatu præsbiterorum, ac de alijs ad ſtatũ clericorum pertinẽtibus quę recepta ſunt in Sexta Synodo Generali. 1. To. Conciliorum. | Cõſtantius. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .238. | Silueſter. | ✝ NICENVM. Primum Generale Concilium, Trecentorum & decem & octo Patrũ, pro Chriſti diuinitate aſſerẽda, contra Arrium. Expoſita eſt ibi integrè Catholica Fides, & Primatus Romanæ Eccleſiæ declaratur, cuius Legati, Oſius Epiſcopus Cordubenſis, Vincentius, & Victor Præsbyteri, huic Synodo præfuerunt. Dãnati ſunt ibi Arrius, Photinus, & Sabellius hæretici. 1. To. Conciliorum.<br>* ROMANVM. 3. Epiſcoporum Ducento- | Conſtantin⁹ Magnus. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Silueſter. | rum ſeptuaginta quinq;, intra Termas Domitianas celebratum, pro confirmatione Concilij Niceni. 1. Tom. Concilior.<br>* ROMANVM. 4. Epiſcoporum Ducentorum octuaginta quatuor, ſub eodem Silueſtro Papa, quo iterum Arrius, Sabellius, & Photinus, & eorum ſequaces damnati ſunt, multaq; ad gradus Eccleſiaſticos pertinentia; ſunt ſtabilita. 1. Tom. Conciliorum.<br>* ELIBERTINVM ſeu Eliberitanum, in Hiſ | Cõſtantin⁹ Magnus. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Silueſter. | pania Epiſcoporum Decem & nouem, vbi plura ad ſtatum fidelium ſunt ſtabilita. Sed eius Trigeſimum quartum, Trigeſimum quintum, Trigeſimum ſextum, & Seſageſimum caput, non recipit Eccleſia. 1. Tom. Conciliorum.<br><br>* ARELATENSE. 1. in Gallia, de celebritate Paſchę, deq; ordinatione Epiſcoporum. Statuitur in eo, vt clerici fœneratores excommunicētur, & alia multa vtilia. 1. Tom. Conciliorum. | Cõſtantinus. |

Gan-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Silueſter. | * GANGRENSE, in Plaphagonia, Epiſcoporum Decem & ſex, contra damnantes nuptias. In Trullo confirmatum. 1. Tom. Conciliorum.<br><br>* ARELATENSE, Secundum, Epiſcoporum Triginta & vnius, quo interfuerunt Legati Sedis Apoſtolicæ, contra Nouatianos, & alios hæreticos. 1. Tom. Conciliorū.<br><br>* CARTHAGINENſe Tertium, Epiſcoporum Decem & nouem, contra rebaptizantes. Actum eſt etiam in eo de | Cõſtantinus. |

vita

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | vita, & honeſtate atq; ordinatione Clericorum, Martyrũq; ſepulchris venerandis. 1. Tom. Conciliorum. | |
| .340. | Iulius .1. | * ROMANVM, Quintum, Epiſcoporum Centum decem & ſex, tempore Iulij Primi Papæ celebratum, quo ipſe præſedit, contra Arrianos, & pro confirmatione Nicenę Synodi. 1. Tom. Conciliorum. | Cōſtantinus. |
| | | *COLONIENSE, Primum, Epiſcoporum Vigintiquatuor, contra Euphratam Epiſcopum blaſ | |

phemũ,



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | phemum, qui Chriſtum negabat Deum. Damnatus eſt, & à Sede deiectus. 1. Tom. Conciliorum. | |
| | Iulius .1. | * ANTIOCHENVM Secundum, de ſtatu clericorum, & Epiſcoporum, quod probatũ eſt in Trullo, & à Dioniſio Papa. 1. Tom. Conciliorũ, & Euſebius Libro Septimo Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Capite Vigeſimo quarto | Cōſtantinus. |
| | | * SARDICENSE, in Lidia Trecentorum circiter Epiſcoporum Oriétalium, & Occidentaliũ, vnde á quibuſdam Gene | |

rale

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | rale dicitur, pro Athanaſio ab Arrianis pulſo; reſttuendo. Receptum eſt hoc Concilium in ſexta Synodo Generali. 1. To. Conciliorum. | |
| | Iulius .1. | *HIEROSOLIMITANŪ Quintū (ſi numeres quatuor priora ſuperius dicta, ab Apoſtolis celebrata) in quo reſtitutus eſt Athanaſius, literis Iulij Pontificis, & Conſtantij Imperatoris. Hiſtoria Tripartita Libro Quarto; Capite Trigeſimo. Et Summa Conciliorum, Bartholomei Carranzæ de Miranda. | Cōſtantius .2. |

Ale-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | *ALEXANDRINUM Primum, Epiſcoporum AEgypti, quo de iiſdem actū eſt; quæ in Sardicenſi, & Hieroſolimitana Synodo. Hiſtoria Tripartita Libro Quarto, Capite Trigeſimo octauo. | |
| | Iulius .1. | *SIRMIENSE, in quo, traditæ ſunt regulæ fidei Orthodoxę contra Arrium, ęditiq; ſunt contra eum Viginti quatuor Anathematiſmi, & vnus contra Paulum Samoſatenum. Summa Cōciliorum, ex Hiſtoria Tripartita, Libr. 5. Cap. 6. | Cōſtantinus. & Cōſtantius. |

C Ale-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .350. | Liberius. | *ALEXANDRINUM Secundum, ab Athanaſio congregatum plurium Epiſcoporum, qui Nicenæ Synodi decreta corroboraberunt, Filiumq; cum ſubſtantialem Patri profeſſi ſunt. Ex Tripartita, Libro Sexto, Capite Vigeſimo, & ex epiſtola eiuſdem Synodi ad Liberium Papam, quę habetur. 1. Tom. Concil. | Cõſtantius. |
| | | *SICILIENSE, in quo recepta eſt Fides Niceni Concilij. Ex epiſtola Liberij Papæ ad Macedonianos. Tripartita Libro Septimo, Capit. 25. Tia- | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Liberius. | TIANENSE, in quo idem quod in Sicilienſi actum eſt. Hiſtoria Tripartita, Libro Septimo, Capite Vigeſimo octauo<br><br>*ROMANVM Sextum, in quo (cum Liberius Põtifex, quod Arrianis nollet aſſentiri, pulſus eſſet à Conſtantio Imperatore) Fœlix Secundus eius loco ſurrogatur. Platina, in vita Liberij. | Cõſtantius. |
| .353. | Fœlix .2. | *ROMANVM Septimũ, ſub Fœlice, Quadraginta & octo Epiſcoporum, quo dãnati ſunt Vrſatius, & Valens præsby- | Cõſtantius. |

 teri

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | teri, quòd Conſtantio Arriano fauerent, Iouerius, & Platina in vita Liberij. | |
| | Fœlix .2. | ✶ ALEXANDRINUM Tertium, ab Athanaſio etiam coactum, tẽpore Fœlicis Papæ, vt patet ex epiſtola dicti Concilij ad prædictum Fœlicem, qua Epiſcopi ibidẽ congregati, auxilium Sanctę Sedis implorant contra Arrianos. 1. Tom. Conciliorum. | Cõſtantius. |
| | | ✶ ROMANVM Octauum, ſub eodem Fœlice quo actum eſt de confir- | |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | matione Catholicorum dogmatum, & releuatione oppræſſionum, quas Catholici patiebãtur ab Arrianis, vt patet ex epiſtolis duabus huius Concilij & Fœlicis Papæ. 1. Tom. Conciliorum. | |
| 370. | Damaſus. | ✶ LAODICENSE, Epiſcorum Duo de viginti, Qui libri ſunt Canonici declarauit, multas regulas Canonicas, & Conſtitutiones Eccleſiaſticas, in eo conſtitutas, Sexta Generalis Synodus recepit. 1. Tom. Conciliorum. | Valentinianꝰ. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | *ROMANVM Nonũ, Epiſcoporum Quadraginta quatuor, quo Damaſius Papa de adulterio accuſatus, purgatus eſt, damnatiq; ſunt Concordius, & Calixtus eius accuſatores, ex Libro Pōtificali. | |
| | Damaſus. | *ROMANVM Decimum, ſub eodem Damaſo, contra Apollinarium hæreticum, negantem Chriſtum integrum hominem ſuſcepiſſe. Sed corpus humanum tantũ. Chronicō Hyeronimi. | Valentinianꝰ. |
| | | *AFRICANVM. Ex | |

epi-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | epiſtola Sthephani Archiepiſcopi, & trium Cõciliorum Aphricæ ad Damaſum Papam, de priuilegio Romanæ Sedis, conſtat, tria tunc Concilia Aphricę fuiſſe celebrata. 1. Tom. Concilior. | |
| | Damaſus. | *AQVILEGIENSE, ſub eodem Pontifice Triginta duorum Epiſcoporum, cõtra Palladium, & Secundianum Arrianæ hæreſis aſſertores, cui interfuit Diuus Ambroſius. Iouerius, Secundo Tom. Conciliorum. | Valentinianꝰ. |
| | | *ILLIRICVM ductu | |

Valen-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Dama ſus. | Valentiniani Imperatoris coactum, quo decretum eſt, Fidem in Nicea expoſitam, eſſe ſeruandã. Tripartita, Libro Septimo, Capite octauo.<br><br>* ROMANVM Vndecimũ, Nonaginta Epiſcoporum, quo acta Ariminenſis conciliabuli, & Auxẽtius Epiſcopus Arrianę factionis, damnati ſunt. Ex epiſtola Quinta, Damaſi Papæ. 1. Tom. Conciliorum.<br><br>* VALENTINVM in Gallia Triginta Epiſcoporum, de rebus ad | Valentinian⁹. |

illam



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 383. | Dama ſus. | illam prouinciam pertinentibus. 1. Tom. Conciliorum.<br><br>* CONSTANtinopolitanum Primũ. Quod ſecunda generalis Synodus vocatur, cẽtum quinquaginta Epiſcoporum, contra Macedoniũ Conſtantinopolitanum, Epiſcopum, negantem Spiritum Sanctum Deũ eſſe, Editum eſt ibi Symbolũ fidei, & ſeptem Canones. A Damaſo, qui eũ indixerat ſuaſu beati Ambroſij fuit confirmatum. 1. Tomo. Conciliorum. Brebiarium Romanum. | Theodoſius. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .390. | Syricius. | *ROMANVM Duodecimum, octuaginta Epiſcoporum, quo actum eſt de cœlibatu Sacerdotum, & aliis decretis Nicenæ Synodi. Ex epiſtola quarta Syricij Papæ, in cuius fine dicitur. Data Romæ in Concilio Epiſcoporum Octuaginta, 1. Tom. Conciliorum. | Theodoſius. |
| | | *BVRDEGAlenſe Primum, præſente S. Martino, contra Priſcillianũ, Trinitatem perſonarum negantem, ſeu confundẽtem, Chronicon Proſperi. | |

Telen



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .390. | Syricius. | *TELENSE contra Iouinianum hæreticum, dicentem pares eſſe nuptias virginitati. Scripſit Syricius Papa ad hoc Concilium, perlectæq; ſunt in eo literæ eius, reſcripſitq; Concilium ad Pontificem. 1. Tom. Cõciliorum. | Theodoſius. |
| | | *CARTHAGInenſe quartũ, in Trullo approbatum, agit de fide, & cõfeſione Trinitatis, de cœlibatu Sacerdotum deq; rebus ad eorum, & Epiſcoporum officium pertinentibus. 1. Tom. Conciliorum. | |

 Cartha

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | *CARTHAGInenſe Quintũ, in Trullo etiam approbatum, Vt per ſingulos annos Concilia celebrentur, pluraq; alia ad vitam, & honeſtatem clericorum pertinentia decreuit. 1. Tom. Cõciliorum. | |
| | Syricius. | *HIPPONENSE, quo fides Niceni Concilij, cõfirmata eſt, multaq; in eo ſunt ſtabilita, ſtatũ clericorum concernentia. 1. Tom. Conc. | Theodoſius. |
| | | *CARTHAGInenſe Sextũ Epiſcoporũ Ducentorum & quatuor | |

decim



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 398. | Syricius. | decim, agit de Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acoliti, Exorciſtę, Lectoris, Oſtiarij, & Pſalmiſtæ ordinatione, ac de Sanctimonialibus deq; ſponſi, atq; ſponſæ benedictione, multiſq; alijs ad Epiſcoporum, & clericorum ſtatum pertinentibus. 1. Tom. Conc. Interfuit huic Concilio. B. Auguſtinus, vt apparet ex ſubſcriptione, fuit hoc etiam receptum à Sexta Synodo generali, cum reliquis Concilijs Carthagine habitis. | Theodoſius. |
| | | *TAVRITANEN- | |

ſe

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ſe, propter componendas cauſas Epiſcoporum, & clericorum ipſius prouinciæ. 1. Tomo Conciliorum. | |
| .406. | Anaſtaſius. | ★CARTAGINENSE Septimũ, Epiſcoporum Septuaginta triũ in quo multa ſunt ſtabilita ad Epiſcopos, & clericos pertinentia, à Sexta, Synodo generali receptum. 1. Tom. Conc. | Arcadi⁹ & Horius. |
| | | ✳TOLETANVM Primum, Epiſcoporum, Nouendecim Patrono Epiſcopo preſide, celebratum contra Priſcillia niſtas | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Anaſtaſius. | niſtas, aduerſus quos pulcherrima fidei aſſertio eſt ſtabilita. Confirmatũ fuit à Papa Leone. 1. Tomo Conciliorum. | Arcadi⁹ & Honorius. |
| | | ★ALEXANDRINUM Quartum, pro operibus Origenis examinãdis, Abbas VVespergen. | |
| .410. | Innocẽtius. 1. | ✳ROMANVM Decimum tertium, tempore Innocentij Primi celebratum, pro Ioanne Chriſoſtomo exule reſtituendo. Breuiarium Romanum in vita eiuſdem Chriſoſtomi. | Honori⁹ & Theodoſi⁹. 2. |

Cartha

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ✶ CARTHAGInenſe Octauũ, cuius extat Epiſtola ad prædictũ Innocentium, continens damnationem errorum Pelagij, & Cœleſtij. 1. Tom. Conciliorum. | |
| | Innocẽtius. 1. | ✶ MILEVITAnum contra Pelagianos & Donatiſtas, ab Innocencio Primo approbatum. 1. Tomo Conciliorum, huic interfuit Beatus Auguſtinꝰ, vt apparet ex eius Epiſtola Nonageſima ſecunda. | Honoriꝰ & Theodoſiꝰ. 2. |
| | | ★ BVRDEGALENſe Secundũ, contra Priſ- | |

cillia-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | cillianiſtas, cui interfuit Beatus Martinus. Sulpitius ſeuerus. Platina, & Proſper in Chron. | |
| 410. | Innocẽtius. 1. | ✶ TOLETANVM Secundum, cui Innocentius literas miſſit, quibus repræhendit Epiſcopos, clericos in ordinate conſtituentes. Ex Epiſtola Vigeſima quarta, Innocentij quæ habetur. 1. Tomo Conciliorum. | Honoriꝰ & Theodoſiꝰ. 2. |
| | | ✶ CARTHAGInenſe Nonum, Decimũ, Vndecimum, Duodecimum, Decimum tertiũ, Decimum quartum, | |

E Deci-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .420. | | Decimum quintum, & Decimum ſextum, tempore Innocentij Primi, & aliud, nempe Decimũ ſeptimũ tẽpore Zoſimi Papæ. 1. Tom. Conciliorum, reperiuntur celebrata. Quotanis enim ini bi ex conſtituto Conciliũ celebrabatur. Sed omnia eorum acta, in Aphricana Synodo, ſub Bonifacio Primo celebrata, late explicantur. | |
| .424. | Bonifacius. 1. | * CARTHAGInenſe Decimum octauũ, videtur in cœptum tempore Sozimi Papę, & perfectum tempore Bonifa | Honori⁹ & Theodoſi⁹. 2. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | tij, in quo actum eſt de recipiendo Concilio Niceno, & eorũ actis ab Epiſcopis Orientalibus, petendis. 1. Tom. Concil. | |
| .424. | Bonifacius. 1. | * CARTHAGInenſe, Decimum nonũ, Epiſcoporum Triginta & octo. Recitati ſunt in eo, & confirmati, Canones Conciliorum Africanæ Prouintię, & Niceni Concilij, ab Epiſcopis Orientalibus, ad hoc Concilium miſſi; diffinitumq; eſt, quæ perſona ad acuſandũ admitti debeant. 1. Tom. Concil. | Honori⁹ & Theodoſi⁹. 2. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .424. | Bonifacius.1. | ✶ AFRICANVM circa tempora Bonifatij Primi celebratũ, in quo recitati ſunt Canones, quinq; ſupra cẽtũ, diuerſorũ Conciliorum Africanæ Prouintię, tam pro moribus ſtabiliti, quã pro fide, contra Donatiſtas, Pelagianos, & alios hæreticos. 1. Tom. Concil.<br><br>✶ ADRVMETInum, ad quòd Concilij Cartaginenſis, Epiſcopi pro conſulares directi ſunt, vt patet ex initio Cõcilij Africani prædicti. 1. Tomo. Conciliorum. Sed quid in eo | Honoriꝰ & Theodoſiꝰ.2. |

actum



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | actum ſit, non conſtat. | |
| .430. | Cæleſtinus.1. | ✳ ALEXANDRInum Quintum, tempore Cœleſtini primi celebratum, contra errores Neſtorij, vt apparet, ex epiſtola huius Cõcilij ad Neſtorium miſſa, quæ habetur. 1. Tom. Conciliorũ.<br><br>★ ROMANVM Decimum quartum, eadem de re, tempore Cęleſtini celebratum, vt apparet ex dicta epiſtola prædicti Concilij Alexandrini ad Neſtorium. 1. Tomo Conciliorum. | Theodoſius.2. |

Ephe-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 430. | Cæleſtinus.1. | *EPHESINUM Primum, Tertia Synodus Generalis nuncupatum, Epiſcoporū Ducentorum, cui præfuit Cirillus Præſul Alexandrinus, nomine Cæleſtini Papę, contra Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui Chriſtū purum hominem aſſerebat, æditi ſunt cōtra eum in hoc Concilio Canones Octo, & Duodecim Anathematiſmi, diffinitumq; eſt in Chriſto, duas eſſe naturas, diuinam videlicet, & humanam, beatamq; Vir- ginem | Theodoſius.2. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | Cæleſtinus.1. | ginem, matrem Dei eſſe appellandam, ædita fuit ibi Niceni Symboli explicatio, quæ merito, ſumma quædam totius Chriſtianæ doctrinę, dici poteſt. 1. Tom. Conciliorū. | Theodoſius.2. |
| | | * PANPHILIENSE hoc tempore celebratum eſt, vt apparet ex epiſtola prædicti Concilij Epheſini, ad pium Concilium Pamphilienſe, de Euſthatio, qui eorum fuerat Metropolitanus. 1. Tom. Conciliorum. | |
| | | * ROMANVM Decimum quintum, Epiſco porum | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores: |
|---|---|---|---|
| | | porũ Quinquaginta ſeptem, vbi Sixtus Papa (qui à quodam nomine Baſſo criminabitur) calumnia à Concilio diſcuſſa, Pontifex abſoluitur, & Baſſus in exilium mittitur. Platina. | |
| .436. | Sixtus .3. | ⁎ RHEGIENSE, Epiſcoporum Tredecim, de rebus ad Epiſcopi officium pertinentibus. 1. Tom. Conciliorũ. | Theod. & Valẽtinianus. |
| | | ⁎ AGATHENSE in Gallia Epiſcoporum Triginta quinque, in quo multa ad ſtatum, & officium Epiſcoporum Præſ- | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Præsbyterorum, & aliorum fidelium pertinentia, ſtatuuntur. 1. Tomo Conciliorum. | |
| .442. | Leo.1. | ⁎ ARAVSICANVM Primum in Gallia. de rebus, ad Epiſcopos, Præſbyteros, & alios fideles pertinentibus. 1. Tomo Conciliorum. | Valentinianus. |
| .464. | | ⁎ VASENSE Primum, in Gallia, Trecim Epiſcoporum, vbi multa decernũtur, de Eccleſiaſticis officijs, & maxime quod Kierieleyſon & Sanctus, in Eccleſia can- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | cantentur. 1. Tom. Conciliorum. | |
| | | *ARAVSICANVM Secundum, diffinitiones Catholicas de libero arbitrio, & gratia Dei, continet. 1. Tomo Conciliorum. | |
| 446. | Leo. 1. | *CARPENCTOratenſe in Gallia, Sedecim Epiſcoporum, de applicandis fidelium oblationibus. 1. Tomo Conciliorum. | Valennianus. |
| | | *ARELATENSE Tertium, Epiſcoporum | |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Triginta & quatuor, de ætate, & qualitate ordinandorum, & vanitatibus in excubijs vitandis. 1. Tom. Conciliorum. | |
| 450. | Leo. 1. | *ROMANVM Decimum ſextum, tempore Leonis primi congregatum, vt apparet ex epiſtolis, Vigeſima prima, Vigeſima ſecunda, Vigeſima tertia, Vigeſima quarta, & Vigeſima ſexta, eiuſdem Leonis contra errores Eutychetis, & contra ſecundam & prophanam Synodum Epheſinã. 1. Tom. Cõc. | Valentinianus. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 454. | Leo. I. | ✠ CONSTANTInopolitanum Secundũ, Quadraginta Epiſcoporũ, quo Eutyches Abbas Conſtantinopolitanus, (quod duas in Chriſto negaret naturas) depoſitus, & reiectus eſt. Niceph. Libro Quarto, Capite Quadrageſimo ſeptimo.<br><br>✠ CONSTANTInopolitanum Tertium, prædicti Concilij Conſtantinopolitani Secundi, acta comprobans. Niceph. vbi ſupra. Forſam hoc Concilium eſt illud, quod inſertum eſt | Marc nus. |

actio-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 454. | Leo. I. | actioni primę Calced. Concilij generalis. 2. Tomo: Conciliorum.<br><br>✠ BERITENSE, actione Decima Calcedonen. Concilij inſertum, de diſcuſione cauſæ Ibæ Ediſſeni Epiſcopi, de hęreſi ſuſpecti. 2, To. Conciliorum.<br><br>✠ CHALCEdonenſe, Quarta Generalis Synodus nũcupatũ Sexcẽtorum & triginta Epiſcoporum. Præſidentibus in eo, nomine Leonis Papæ, Paſchaſino, & | Marcianus. |

Lucen-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 454 | Leo. I. | Lucentio Epiſcopis, & Bonifacio Præsbytero, contra Eutichem Abbatem Conſtantinopolitanum, & Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum, eius deffenſorem, duas in Chriſto naturas negantes, ſed ſolam diuinã in eo permanere aſſerẽtes. Quę hæreſis, hoc Concilio damnata eſt, cum ſuis aſſertoribꝰ. Damnatum eſt etiam Epheſinum cõciliabulum, à prædicto Dioſcoro coactum, qui etiam Epiſcopatu depoſitus eſt, ſtabilitiq; ſunt Canones Viginti ſex, | Marcianus. |

ad



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ad fidem, & mores pertinentes. 2. Tom. Conc. A Græcis, magna Synodus Calcedonenſis nuncupatur. | |
| 462 | Leo. I. | ★ VENETICVM primum, in quo actum eſt de regula á Clericis obſeruanda, iuxta Sacrorum Canonum ſtatuta. 2. Tom. Conciliorum. | Marcianus. |
| | | ★ AEGIPTIACVM, à Protherio Patriarcha Alexandrino, coactum, contra hæreticos Apollinariſtas, vt patet ex epiſtola AEgiptiorum Epiſ | |

copo-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .464. | Hilarius | coporum, & Cleri Alexandrini, ad Leonem Auguſtum, quæ habetur. 2. Tom. Conciliorum.<br>★ TVRONENSE, Primum, Epiſcoporum Octo, quo Tredecim Canones ſunt ſtabiliti, quibus Clerici monentur ad caſtitatem & abſtinentiam, eiſque prohibentur vſuræ. 2. Tomo Conciliorum.<br>★ ROMANVM Decimum ſeptimum Epiſcoporum Quinquaginta, de qualitate ordinan- | Leo. I. |

dorum,



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .490. | Fœlix .3. | dorum, & prohibetur Epiſcopis, deligere ſibi ſucceſſores. 2. Tom. Conciliorum.<br>★ TARRACONENſe in Hiſpania, Epiſcoporum Decem, De viſitatione ab Epiſcopis facienda, & ne Clerici mercimonium faciāt, deq; alijs ad Epiſcoporum, & Clericorum ſtatum pertinētibus. 2. Tom. Concil.<br>★ ROMANVM Decimum octauū, tempore Fœlicis Papæ, Tertij, in quo, Fœlix ipſe cum Cō- | Zeno. |

 cilio

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | cilio, Achatium Cōſtantinopolitanum Antiſtitem depoſuit, quod reuocaſſet ab exilio, & ad cōmunionē recepiſſet, Petrum Epiſcopum Alexandrinum, hæreticum Eutychianum. Suplem Chronicorum. | |
| .490. | Fœlix .3. | ★ ROMANVM Decimum nonū, Epiſcoporū Quadraginta duorū, & Præsbyterorum Septuaginta ſex, De eo quod in Africa rebaptizabantur Epiſcopi, Præsbyteriq; ac Diaconi, contra quos ſtatutum eſt, ſic re- | Zeno. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Impe tores. |
|---|---|---|---|
| | | baptizatos, in pœnitentia manere, vſq; ad obitū, & non communicare cū fidelibus. 2. Tom. Conciliorum. | |
| .490. | Fœlix .3. | ✶ ROMANVM Vigeſsimū, ſub Fœlice, Tertiū, quo Moſanus, & Vitalis Epiſcopi, eiecti ſunt à Cōmunione, quod Achatio Conſtantinopolitano, & Petro Alexandrino, hæreticis, cōtra Pontificis iuſſa communicaſſent. Ex Libro Pontificali. | Zeno. |
| | | ✶ AVRELIANEN- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 496. | Gelaſi⁹ 1. | ſe Primũ. Seu Frãcicum, Epiſcoporum Triginta, ſiue Triginta trium, iuſſu Clodouei Regis indictum. Chronogr. Arnaldi, & Suplem. Chronicorum. Sed quid actum ſit hoc Concilio, non referunt.<br><br>* EPAVNENSE Epiſcoporum Septuaginta, in quo edita ſunt Decreta Quadraginta, ad inſtitutionem Epiſcoporum, & Clericorum pertinentia, vt quod Epiſcopi Venatores nõ ſint, & ne illicitis horis clericus | Anaſtaſius. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 496. | Gelaſi⁹ 1. | cus extra domum exeat. 2. Tom. Conciliorum.<br><br>* ROMANVM Vigeſimũ primum, Epiſcoporum Septuaginta, quo vtriuſq; Teſtamenti Libri, ac Doctorum ſcripta, authentica, ab apocriphis diſtinguntur, hæreticiq; omnes, qui ad id vſq; tempus extiterant, Anathematizantur. Capit. Sancta Romana Eccleſia. 15 diſtinct. 2. Tom. Conc. in actibus Gelaſij. 1.<br><br>*ROMANVM, Vigeſimũ ſecũdũ, Sub Symacho | Anaſtaſius. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .504. | Symachus. | cho Primum, quo Pontifex, intuitu miſericordiæ Laurẽtium Antipapam Nucerinum Epiſcopum conſtituit. Ex Libro Pontificali.<br><br>* ROMANVM Vigeſimũ tertiũ, Epiſcoporũ ſeptuaginta triũ. Sub Symacho, Secundum, in quo, quædã ſtabilita ſunt, ad ambitum Pontificatus vitandum. 2. Tom. Conciliorum.<br><br>* ROMANVM Vigeſimũ quartũ, Sub Symacho Tertium, Anno Domi- | Anaſtaſius. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .504. | Symachus. | Domini, quingenteſsimo quarto, cœlebratum, quo prohibetur, rerum Eccleſiarum, Alienatio. Ibidem.<br><br>* ROMANVM Vigeſimũ quintũ. Sub Symacho Quartum, Epiſcoporum Centum & viginti, quo Pontifex, criminibus, quæ ſibi objiciãtur, ſepurgauit, & ſciſma ſublatum eſt, ſciſmaticis pulſis. Ibidem.<br><br>* ROMANVM Vigeſimũ ſextũ. Sub Symacho Quintum, quo approbatus | Anaſtaſius. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | batus eſt liber Ennodij Diaconi, quem ſcripſerat pro defenſione quartæ Synodi Symachi, Decretumq́; eſt, eandem autoritatem deferri Ennodij libro, quæ decretis Synodorũ defertur. 2. To. Conciliorum. | |
| .504. | Symachus. | ★ ROMANVM Vigeſimum ſeptimum. Sub Symacho Sextũ, contra inuaſores rerum Eccleſiaſticarum. 2. Tom. Conciliorum. | Anaſtaſius. |
| | | ★ ILLERDENSE, Epiſcoporum Octo, de | |

rebus



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | rebus ad ſtatum Clericorum pertinentibus. 2. Tom. Conciliorum. | |
| .518. | Hormiſda. | ★ VALENTINVM in Hiſpania, Epiſcoporum Sex, quo prohibetur inuaſio rerum Epiſcopi morientis, & qualiter exequiæ fieri debeant ordinatur, & ne Clericum alienum, quis ordinare præſumat. 2. Tom. Conciliorum. | Iuſtinus |
| | | ★ AVRELIANENSE Secundum in Gallia. Epiſcoporum Triginta trium, in quo agitur de | |

H immuni-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| .520. | | immunitate Eccleſiarũ, de partitione bonorum Eccleſiaſticorum, Baſilicarum conſtructione, ho neſtate Clericorum, & Monachorum, deq; alijs multis ad ſtatum fideliũ pertinentibus. 2. Tomo. Conciliorum. | |
| | Hormiſda. | | Iuſtinianus. |
| .524. | | ✶GERVNDENſe in Hiſpania, quo ſeruari iubetur vniformitas Eccleſiaſtici officij, in vna quaq; prouincia, vtq; Cathecumeni die, vel vigilia Paſchæ, vel Penthecoſtes baptizentur, paruuli vero, etiam eo die, quo | |

naſcun



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | naſcuntur, Si neceſsitas expoſcat, & alia multa ſtatuuntur circa vitam, & honeſtatem Clericorũ, & ordinandorum. 2. To. Conciliorum. | |
| .520. | Hormiſda. | ✶ROMANVM Vigeſimũ octauum. Quod Theodorico Italiæ Rege ſuadente, ab Hormiſda Papa coactum eſt, in quo hæretici Euthichiani, damnati ſunt, & multa vtilia ſtabilita. Suplemetum Chronicorum. | Iuſtinianus. |
| | | ✶CAESARAVguſtanum, in Hiſpania | |

H 2 duode-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 524. | Hormiſda. | duodecim Epiſcoporum, quo ſtatutũ eſt, diebꝰ Dominicis, non eſſe ieiunandum, quodq; à ſuis Epiſcopis communione priuati, ab alijs non recipiãtur, & alia multa vtilia in eo, ſunt ſtatuta. 2. To. Conciliorum. | Iuſtinus. |
| 530. | Ioã. 2. | ★TOLETANVM Tertium, de rebus ad ſtatum Clericorum pertinentibus, quibus conſortia prohibentur fœminarum, & ætas preſcribitur Diaconis, & Subdiaconis ordinandis. 2. Tom. Conciliorum. | Iuſtinianus. |

Hiero-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 536. | Agapetus. | ★HIEROSOLImitanum Sextum, De quo, in Secundo Conſtãtinopolitano Concilio, Actione prima, in Secundo volumine Concilior. | |
| 550. | Siluerius. | ★PONTIANVM multorum Epiſcoporũ, in Inſula Pontia, à Siluerio Papa, ibidem exule, coactum, quædam in eo conſtituta ſunt, ad integritatem fidei Catholicæ, & ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia. Breuiarium Romanum, in vita Beati Silverij, Vigeſimo | Iuſtinianus. |

die

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .552. | Vigilius. | die Iunij.<br>★AVRELIANENſe Tertium, quo Canones Viginti duo ſunt editi, de obſeruandis in ſepeliendis Epiſcopis. Caueatur etiam, ne fidelis, infidelem vxorē ducat, aliaq; matrimonium concernentia ſtatuuntur. 2. To. Conciliorum.<br>✠CONSTANtinopolitanum Quartũ, Quinta generalis Synodus, nuncupatum, Centum ſexaginta quinque Epiſcoporum, Sub<br>Agape | Iuſtinianus. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .552. | Vigilius. | Agapeto inceptum, ſub Siluerio finitum, damnati ſunt in eo Origeniſtæ, item, Petrus, Anthimus, Seuerus, & Zoaras Epiſcopi hæretici, Trinitatis perſonas, & diuinitatem, atq; humanitatem Chriſti confundentes, neganteſq; Mariam eſſe deiparam, confirmataq; ſunt, quatuor generalia Concilia, videlicet Nicenum. Conſtantinopolitanum primum, Epheſinum, & Chalcedonenſe, editiq; ſunt quatuordecim anathematiſmi, in errores ſupradictos. 2. Tom. Con.<br>Aure | Iuſtinianus. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .554. | Vigilius | ✶ AVRELIANENſe Quartum, de rebus ad ſtatum, & officium clericorum pertinentibus. 2. Tom. Conciliorum.<br><br>✶ AVERNENSE, Sub Theodoberto Rege, Actum eſt in eo, qualiter Epiſcopus ſit eligendus, & de hoſpitalitate ſeruanda, ac de alijs. 2. Tom. Conciliorum. | Iuſtinianus. |
| .560. | Pelagius .I. | ✶ AVRELIANENſe Quintum, De immunitate clericorum, & Eccleſiarũ, ac de alijs ad ſtatum Eccleſiaſticum pertinen- | |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | tinentibus. 2. Tom. Conciliorum. | |
| .560. | Pelagius .I. | ✶ TVRONICVM ſeu Turonenſe Secundũ, De pace inter Sacerdotes ſeruanda, de familiaritate mulierum, clericis vitanda, de Simonia in ordinatione cauenda, deq; alijs ad Epiſcopos, & Sacerdotes pertinentibus diſſerit. 2. Tom. Concilior.<br><br>✶ PARISIENSE Primum de Ordinatione Epiſcoporum, De illicito, & inceſtuoſo concubitu cauendo, Et quod | Iuſtinianus. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .560. | Pelagi⁹ .1. | nemo res Eccleſiæ, aut Epiſcopi inuadit, ac de alijs. 2. Tom. Concilior.<br><br>*AVRELIANENſe Sextum, quo dogmata Euthichetis, & Neſtorij hæreticorum damnãtur, agitur etiam de oblatione Monialium in monaſterijs, ac de alijs ad Epiſcoporum officium, & ſtatum pertinentibus. 2. Tom. Conciliorum.<br><br>* PARISIENSE Secundum, quo actũ eſt de depoſitione Sephoraci Epiſcopi propter crimina | Iuſtinianus. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .580. | Pelagi⁹ .2. | mina, proprio ore confeſſa. 2. Tom. Conciliorum<br><br>* GRADENSE apud Venetos Secundum, tempore Pelagij Papæ, quo Gradenſis Eccleſia, mater finitimarum Eccleſiarum declarata eſt. Sabelic. Aenead. octaua, Libro Quinto.<br><br>* HISPALENSE Primũ, De diſponendis Eccleſię rebus poſt obitũ Epiſcopi, de cohabitatione Clericorum, & mulierum vitanda, ac Demancipijs Eccleſiæ non alie- | Tiberi⁹ .2. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .582. | Pelagi⁹ .2. | nandis. Præfuit huic Synodo Beatus Leander. & robur habere, á Sede Romana, dicit auctor Sũmæ Conciliorum.<br><br>✶ TOLETANVM Quartum, in quo Recaredus Rex, & Gothorũ Principes abiurata heręſi Arriana, fidem Orthodoxam amplexi ſunt. Probatum fuit hoc Conciliũ a Beato Gregorio, vt patet ex eius epiſtolis. Stabiliti ſunt in eo, Canones Viginti tres, Eccleſiaſticam vtilitatem concernentes. 2. Tom. Concil. | Mauritius. |

Lugdu-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .582. | Pelagi⁹ .2. | ✶ LVGDVNENSE Primum, Epiſcoporum Nouem, & præsbyterorum ſex, pro totidẽ Epiſcopis abſentibus. De concordia inter Sacerdotes ſeruanda, De voluntate deffunctorum adimplenda, & de alijs ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantibus differit. 2. To. Conciliorum.<br><br>✶ MATISCONENſe Primum, Epiſcoporũ, Viginti duorum. Prohibet Epiſcopis, & Clericis, ingreſſus in monaſteria monialium, & cle- | Mauritius. |

I 3 ricis

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores: |
|---|---|---|---|
| | Pelagiꝰ .2. | ricis,ſeculares veſtes , & ne Clericus coram iudice ſeculari cõueniri poſſit. 2. Tom. Conciliorũ.<br><br>✶ LVGDVNENSE Secundum, Epiſcoporũ Octo, & Pręsbyterorum Duodecim, prototidem Epiſcopis abſentibꝰ, Mulierum familiaritatẽ Clericis vitandam decernit, & vt Moniales à monaſterijs egreſſę á cõmunione priuentur donec reuertantur . 2 . Tom. Conciliorum.<br><br>✶ VALENTINVM<br>Secũ- | Mauritius. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 588. | Pelagiꝰ .2. | Secundũ,in Gallia,Epiſcoporum Decem & ſeptem,Ne quis,res pijs locis dicatas, aufferre præſumat,ſtatuit.2.Tom.Conciliorum.<br><br>✶ MATISCONENSE Secundum,Agit de veneratione Paſchę,ac diei Dominici,& de oblatione altaris iiſdem diebus ab omnibus offerẽda,de decimis,ac de reuerentia clericis pręſtanda , & de aliis.2.Tom. Concilior.<br><br>✶ ROMANVM Vigeſimo octauum ; Sub<br>Beato | Mauritius. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Beato Gregorio, quo ſancitum eſt, vt nihil pro ordinatione, vel Pallio, vel chartis detur, vel accipiatur, Gregorius in Regiſtro, Libro Quarto, Capite octuageſimo octauo | |
| .600. | Gregor. .1. | ✱ LATERANENſe, Romanum videlicet, Vigeſimum nonum, ſub eodem Pontifice, de quiete, & libertate, atq; exemptione nigrorum monachorum. 2. Tom. Conciliorum. | Tiberi⁹ & Mauritius. |
| | | ✱ ROMANVM Trigeſimum. Sub Bonifa- | |

cio



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .612. | Bonifatius.3. | cio Tertio, Epiſcoporum Septuagintaduorum, ac prȩsbyterorum Triginta, Quo decretum eſt, electionem Romani Pontificis, niſi tertia ſaltem die poſt obitum demortui Pontificis, fieri non debere. Platina. | Phocas |
| .618. | Deus dedit. | ✱ ANTISIODOrenſe, tempore Deus, dedit Papȩ, continet, Canones, quadraginta quinq; quibus prohibentur, Superſtitiones, Sortilegia, Auguria, Ingreſſus mulierum in monaſteria, & alia. 2, Tom. Concilior. | Heraclius. |

K Hiſpa

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .623. | Honorius .1. | ✶ HISPALENSE Secundum, Epiſcoporum Septem, cui præfuit Beatu Iſidorus, continet Canones Tredecim. Prohibet bigamos ordinari, & ne Corepiſcopi, Epiſcopis reſeruata, agere præſumant, Anathema ferit, monaſteriorum ſpoliatores, ac demum de duabus agit in Chriſto naturis, 2. Tom. Conciliorum.<br><br>✶ TOLETANVM Quintum, Epiſcoporum Septuaginta, cui præfuit Beatus Iſidorus, vt patet ex ſubſcriptione. Canones | Heraclius. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .624. | Honorius .1. | nes Sexaginta & octo, continet, Explicat Symbolum, Diuerſitatem in his quæ ad religionē pertinet prohibet. Statuit formulam pro Concilijs celebrandis, Exponit cauſam benedictionis Cerei Paſchalis, & alia circa officium Eccleſiaſticum & ſtatum Clericorum decernit. 2. Tom. Conciliorum.<br><br>★ TOLETANVM Sextum, cui pręſedit Beatus Eugenius Toletanus Præſul, ad fuerunt & alij Viginti Epiſcopi. Actū | Heraclius. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | eſt, de Inſtitutione noua-<br>rum Litaniarum, de Cu-<br>ſtodia ſalutis Regum, San<br>citumq́; eſt, vt in celebri-<br>tate cunctorum, Conci-<br>liorum, Synodus Toleta-<br>na tempore Siſenãdi ha-<br>bita, per prolationem vo-<br>cis claræ legeretur, vt cun<br>ctis innoteſcat, quæ in eo | Heraclius. |
| .626. | Honorius. I. | ſunt decreta. 2. Tom. Cõ<br>ciliorum. | |
| | | ★ TOLETANVM<br>Septimum, Epiſcoporũ<br>Quinquaginta duorum,<br>cui præſedit etiam dictus<br>Eugenius. Pronuntiatur<br>Symbolum fidei, explica | |

turq́;



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | turq́; qualiter, ex tribus<br>perſonis, ſolus filius, hu- | |
| .628. | | manitatẽ aſſumpſit, Dã<br>nantur clerici, per largi-<br>tionẽ Eccleſiaſticos gra<br>dus aſſequentes. Nonnu-<br>lla etiam ſtatuuntur de li-<br>bertis Eccleſiæ, ac de in<br>columitate reddẽda Re-<br>giæ proli, & alijs. 2. To. | Heraclius. |
| | Honorius. I. | Conciliorum. | |
| | | ★ BRACARENSE<br>Primum, Epiſcoporum<br>octo, Anathematizat do<br>gmata Priſcilianiſtarum<br>Decem & ſeptem, Ana | |
| .630. | | thematiſmis, & ſtatuit<br>Canones Triginta, & | |

 noue

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | noue, ad inſtructionem clericalis diſciplinę pertinentes. 2. Tom. Conciliorum. | |
| .633. | Honorius.1. | *BRACARENSE Secundum, Duodecim Epiſcoporũ, Pręſcribit Epiſcopis, formam viſitationis, Prohibet munera, pro Cõſecratione, Nihil exigi pręcipit pro Baptiſmo, Qualiter ędificandæ ſunt Baſilicæ, & Quadrageſimale ieiunium ſit obſeruandum, ſtatuit. 2. To. Conciliorum. | Heraclius. |
| | | *TOLETANVM | |

Octa-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| .648. | Theodorus. | Octauum, Epiſcoporum Triginta & octo, circa tempora Theodori Papæ, vel Martini Primi. Agit de ſuplẽdo defectu clerici miniſtrantis, ſi in firmari contingat. De exequijs morientis Epiſcopi. De exactione Eccleſiarum Galletiæ Prouintiæ, ac de alijs. 2. Tom. Conciliorum. | Cõſtantinꝰ.3. |
| .650. | Martinus.1. | *LATERANENſe, Romanum Trigeſimũ primum, Epiſcoporum Centum & quinq; contra Cyrum Alexandrinũ, Sergiũ, Pyrhum, | Cõſtantinꝰ.3. |

& Pau-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .650. | Martinus. 1. | & Paulum, Patriarchas Conſtantinopolitanos, qui nouitates inuexerant contra ſanctam Triadē, & cōtra alia dogmata Eccleſiæ Catholicę, Qui omnes cum ſuis erroribꝰ, & cum alijs hæreticis damnati ſunt. 2. Tom. Conciliorum.<br><br>✶TOLETANVM Nonum, Epiſcoporum Quinquaginta duorum, Prohibet Simoniā, & incauta iuramenta. Iubet puniri Epiſcopos fornicarios. Commendat ieiunium Quadrageſimale, | Cōſtantinꝰ. 3. |

& obſer-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .654. | Martinus. 1. | & obſeruantiam Decretorum. 2. Tom. Concil.<br><br>✶TOLETANVM Decimū, Pręcipit, vt de rebus Eccleſiæ, nihil ſibi Epiſcopi auferant, & qualem, heredes fundatoris Eccleſiæ, curā gerere debeant, quātumq; ſibi Epiſcopus tollet de Eccleſia, cuius tumulauerit Sacerdotem, Excludit filios Præsbyterorum ab hereditate paterna, & ſeruos Eccleſiarum eos fieri decernit. 2. Tom. Conciliorum. | Cōſtantinꝰ. 3. |

L Tole-

| Anni Domini. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .654. | Martinus.1. | ✱ TOLETANVM Vndecimum, Agit de inſtitutione celebritatis Annuntiationis Dominicæ, Prohibet Epiſcopis ne Monaſterijs, vel Eccleſijs, conſanguineos ſuos præficiāt, Quoto ętatis anno liceat ingredi religionem, atq; alia decernit. 2. Tom. Concilioa. | Cōſtantin⁹.3. |
| .656 | Eugenius.1. | ✱ CABILONENSE Primum, in Gallia, Canones præcipit ſeruare. Clericos cōſortia fœminarum vitare. Vt vnus ſit tantum, in vna ciuitate Epiſcopus, ſtatuit, Agit | Cōſtās .2. |





| Anni Dni. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .656. | Eugenius.1. | etiam de electione Epiſcopi, & de pœnitētia peccatorum. Simoniam in ordine prohibet, & turpia vel obſcena, vel ludrica cantica, ab Eccleſia reijcit. 2. Tom. Conciliorum. | Cōſtās .2. |
| .660. | Vitalianus. | ✱ TOLETANVM Duodecimum, Pronuntiatur in eo fides Catholica, declarāturq; dogmata fidei, maxime de Incarnationis, & Trinitatis myſterijs. Decretum eſt etiā de vnitate officiorū in Eccleſijs ſeruanda, ac de cōpeſcenda diſcordia, & ex | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ceſſibus Sacerdotum. 2. Tom. Conciliorum. | |
| .665. | Vitalianus. | ✱ BRACARENSE Tertium, vt panis, vinũ, & aqua in Miſſæ sacrifitio offerãtur. Ne vaſa Domino ſacrata alijs vſibus deſeruiant, Vitãdam mulierũ familiaritatẽ, Quomodo geſtandæ Martyrum reliquiæ, Quomodo plectendi clerici ab Epiſcopo, decernit. 2. Tom. Conciliorum. | Cõſtãs .2. |
| | | ✱ ANGLICANVM Primum, quo decernitur tempus celebrandi Paſcha | |

cha



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Impetores. |
|---|---|---|---|
| .670. | | cha. Vagatio Clericis, & Monachis interdicitur. Vt legitima fiant connubia ſtatuitur. Beda in Hiſtor. Eccleſ. Libro Quarto, Capite Quinto. | |
| .680. | Agatho. | ✱ ANGLICANVM Secundum, quo receptę ſunt Synodi vniuerſales, & Anathematizati hęretici. Beda in Eccleſiaſtica Hiſtoria Anglicana, Libro Quarto. Capite Decimo ſeptimo. | Cõſtantin' Pogonat'. |
| | | ✱ TOLETANVM Decimum tertium. Agit de autoritate conceſſa | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Præſuli Toletano, in promotione Epiſcoporum 2. Tom. Conciliorum. | |
| .680. | Agatho. | ✠ CONSTANTINOPOLITANUM Quintũ, Sexta Synodus Generalis, dictum, in Trullo celebratum, Ducentorum octuaginta nouem Epiſcoporum, ſub Donno cõuocatum, ſub Agathone inceptum, ſub Leone Secundo finitum, & ab eo approbatum. Prẹfuerunt Concilio, Legati Sedis Apoſtolicẹ, Ioannes Epiſcopus Portuenſis, & Ioãnes Diaconus, Romanæ | Cōſtantin⁹ Pogonat⁹. |

Eccle-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .680. | Leo. .2. | Eccleſiæ, contra errores Cyri, Sergii, & Pyrhi Monothelitarum, negantium duas in Chriſto voluntates. Damnatis à Cõcilio hẹreticis; cum ſuis hæreſibus, Græca Eccleſia, Latinẹ eſt vnita. 2. Tom. Conciliorum. Brebiarium Romanum, in vita Sãcti Leonis, Quarto Kalend. Iulij. | Cōſtantin⁹ Pogonat⁹. |
| .684. | | ✠ TOLETANVM Decimum quartũ, Epiſcoporum Quinquaginta & octo, fidem ex Symbolo Niceno, & Conſtantinopolitano concinna- | |

tam

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .684. | Leo. .2. | tam, continet. Et Concilium Toletanum Decimum tertium, quod ibi Duodecimũ appellatur, à patribus ibi congregatis confirmatur. Sũma Conciliorum Mirandæ. | |
| .685. | Benedictus.2. | ★TOLETANVM Decimum quintũ. Epiſcoporum Decem & ſeptem, quo recepta eſt Sexta Synodus Generalis, à Sede ſibi Romana, demiſſa. Miranda in Sũma. | Cõſtantin' Pogonat'. |
| | | ★TOLETANVM Decimum ſextum, Epiſporum Vni' & ſexaginta | |

Hiſpa-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Hiſpaniæ & Galliæ, in quo Egica Rex libellum ſũæ confeſsionis obtulit. Statutum eſt ibi, Conciliorum decreta in conuulſo vigore ſeruari debere. Miranda in Summa. | |
| .700. | Sergi' .1. | ★TOLETANVM Decimum ſeptimum. Sexaginta Epiſcoporũ Hiſpaniæ, & Galliæ. Vt Iudei ad fidem conuerſi ingenuorum immunitate gaudeant, ſtatuitur. Illicita ſtupra exercẽtibus pœnæ decernuntur, Eccleſias reparari præcipitur, quodq; Decreta in Con- | Iuſtinianus.2. |



cilijs

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | cilijs publicētur. Mirāda. | |
| .700. | Sergi⁹ .1. | ✱ TOLETANVM Decimum octauum, quo ſtatutum eſt vt Epiſcopi exemplo Chriſti in die Cœnæ Domini, pedes ſuorum ſubditorū abluāt, Ac Iudei ſeruitute damnantur. Miranda. | Iuſtinianus.2. |
| .712. | Cōſtantinus. | ✱ ROMANVM Trigeſimum tertiū, pro imaginibus Chriſti & Sanctorū retinendis, contra Philipicū Imperatorem hæreticū Iconomachū. Abbas Vueſperpentis, & Platina. | Ppilipicus. |

Augu-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .725. | Gregorius.2. | ✱ AVGVSTANVM, apud Vindelicos. 1. pro confirmanda fide. Iouerius.<br>✱ ROMANVM Trigeſimum quartum, quo prohibita ſunt coniugia inter conſanguineos, & cum fœminis Deo Sacratis. Iouerius, ponit hoc Conciliū tempore Gregorij.3. ſed alij, veriſimilius hoc loco collocant. | Leo.3. |
| | | ✱ ROMANVM Trigeſimum quintum, Epiſcoporum Nonaginta, & amplius contra Leonem | |

 tertium

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .738. | Gregorius.3. | tertium Imperatorē Iconomachum, & eius fautores, qui omnes hoc Concilio dānati ſunt, & Imaginum vſus approbatus: Supplem. Chron. | Leo.3. |
| .742. | Zacarias: | * FRANCICVM, iuſſu Zachariæ Sūmi Pontificis à ſancto Bonifacio & Francorum Epiſcopis ductu Carlomani pro reformatione cleri, coactū. Iouerius. | Cōſtantinꝰ.5. |
| | | * SVESSIONENSE. 1. ſub Childerico Rege, Epiſcoporū Trium & viginti, quo recepta eſt fides | |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Niceni Synodi, & multa vtilia, pro ſtatu fidelium ſunt ſtabilita. 3. Tomus, Conciliorum. | |
| .766. | Paul. .1. | * GENTILIACVM in Francia, preſente Pipino & legatis Imperatoris, contra Græcos pro defenſione Trinitatis, & vſu Imaginum. Sigib. & Abb. Vueſpergen. | Cōſtantinus.5. |
| | | * VERNENSE ſub Pipino Rege, Capita Viginti ſex, continet quibus, multa vtilia ſunt ſtabilita. 3. Tom. Conciliorum. | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .768. | Stheph anus.3. | ✠LATERANENSE Romanum Trigeſimũ ſextum. Duodecim Epiſcoporum Gallię, & plurimorum Italię á Stephano Papa. 3 .congregatũ, pro ſciſmate diluendo contra Conſtantinũ Antipapam. Damnatum eſt ibi Conciliabulum Conſtantinopolitanum contra imagines. Platina, & Sigeber. | Cõſtantin⁹.5. |
| | | ✠NICAENV̄ Secundum, quod à Græcis Septima Generalis Synodus appellatur. Epiſcoporum | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .781. | Adrianus.1. | coporum Trecentorum ſexaginta trium, imperantibus Cõſtantino, & Irene matre, Cui præfuerunt Petrus Archiepręſbyter, & Petr⁹ Monach. Adriani Papæ legati, contra Iconomachos, & contra negantes Spiritus Sãcti proceſsionem á Filio. Approbata ſunt ibi ſex vniuerſalia Concilia, & hęretici omnes damnati ſunt, & ſtabiliti ſunt Canones Viginti duo, regulam Eccleſiaſticam cõcernentes.3.Tom.Conciliorum. | Cõſtantinus& Irene. |
| | | Fran- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .785. | Adrianus.1. | ★FRANCOFORdienſe, Epiſcoporum totius Galliç, & Germaniç præſidentibus Theophilo, & Stephano, Adriani Papæ legatis, Contra Elipandum Preſulem Toletanum, aſſerentem, Chriſtũ filium eſſe Dei adoptiuum. Et pro vſu Imaginum retinendo. 3. Tom. Conciliorum.<br><br>✶FOROIVLIENSE, Agit de vita & honeſtate clericorm, Simoniam, Clandeſtinas nuptias, & ingreſſus in monaſteria Virginum prohibet. 3. Tom. | Carolus Magnus |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .798. | Leo.3. | 3. Tom. Conciliorum.<br><br>✶THEODONENſe, Epiſcoporũ Triginta duorũ, apud Theodonis villam celebratum, de immunitate perſonarũ, Eccleſiaſticarum agit. 3. Tom. Conciliorum.<br><br>✶ARELATENSE Quartum. Sub Carolo Magno, Habet Capita Viginti ſex, quibus multa ſtabiliuntur pro gubernatione Eccleſiarum, & regimine animarum. 3. Tom. Conciliorum. | Carolus Magnus |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .798. | Leo.3. | * TVRONENSE Tertium, Sub eodẽ Carolo, habet Capita quinquaginta & vnum; quibꝰ monentur Epiſcopi, & Sacerdotes, ea quæ ad eorum munus pertinent, accuratè exercere. 3. To. Conciliorum.<br><br>* CABILONENSE Secundum. Vt Epiſcopi Scripturas, Canones, & Paſtoralem Gregorij legant, & ſecundum normam ab eo traditam viuant, & vt Sacerdotes ſobrie & pie conuerſentur decernit, Confeſsionem | Carolus Magnus |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .813. | Leo.3. | auricularem cõmendat, & qualiter viſitanda ſunt loca ſacra, docet. 3. Tom. Conc. continet, Canones Septuaginta ſeptem.<br><br>* MAGVNTINENſe Primum, Epiſcoporũ Triginta, Abbatum Viginti quinque, de Virtutibus, & Sacramentis, ac de vita Clericorum agit, & habet Canones Quinquaginta ſex, Tom. 3. Conciliorum.<br><br>* VVORMATIENſe.1. habet Canones Decem; Quid in ſacrificio | Carolus Magnus |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | altaris offerri debeat, & ne ob leues cauſas cenſuræ ferantur, atq; alia vtilia præcipit. Miranda in Summa. | |
| .813. | Leo.3. | ✶ RHEMENSE. Primũ, quid Epiſcopos, Clericos, & Monachos facere oporteat docet. 3. Tom. Conciliorum. | Carolus Magnus |
| .816. | Sthephanus .4. | ✶ AQVISGRANENſe Primum; multa inſtituit, miniſtris Eccleſiæ, eorumq; reformationi cõducentia, Habet Capita Centum & quadraginta quinq; 3. Tom. Conc. | Ludouicus Pius |

Tici-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ✶ TICINENSE Primum, de reſtauratione Eccleſiarum, Xenodochiorum, ac Monaſteriorum, & alijs Iouerius. | |
| .828. | Paſchalis.1. | ✶ AQVISGRANENſe Secundum, tempore Paſchalis Primi, pro Canonicorum regula, & contra Iconomachos. Iouerius. | Ludonicus Pius. |
| | | ✶ ROMANVM Trigeſimum ſeptimum, quo Paſchalis .1. ab homicidijs, quæ ſibi objiciebantur ſe purgauit. Platina, & Sigebertus. | |

N3 Pari-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .892. | Grego. .4. | Pariſienſe. 3.<br>Magūtinū. 2.<br>Lugdunēſe. 3<br>Toloſanū. 1.<br>} Eodē tēpore ſub Ludouico, & Lotario Imperatoribus, de cauſis ad religionem Chriſtianā, & Epiſcoporum curam pertinentibus. 3. Tom. Conciliorum.<br><br>✶ AQVISGRANENſe Tertium, ſub Gregorio Quarto, multa decreuit ad ſtatum Regum, Epiſcoporum, & aliorum fidelium pertinentia. 3. Tom. Conciliorum. | Ludou. & Loth. |

RO-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .833. | Grego. .4. | ✶ ROMANVM Trigeſimum octauum, quo prohibitus eſt clericis, vſus ſericarum, aut prætioſarū veſtium. Platina.<br><br>✶ MAGVNTINVM Tertium, cui præfuit Rabanus Archiepiſcopus, quod habetur. 3. Tom. Conc. Sed hoc Cōc. reor eſſe idem cum illo de quo paulo ante dictum eſt.<br><br>✶ AQVENSE. Seu Aquiſgranenſe Quartū, ſub Pipino Rege, quo multa ſalubria conſilia tradūtur. 3. Tom. Concilior. | Lotharius. |

Ma-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores: |
|---|---|---|---|
| .848. | Leo.4. | ✶ MELDENSE, in quo multa repetũtur aliorum Cõciliorum Decreta, &alia ſtatuuntur ad ſtatum fidelium pertinentia. 3. Tom. Concilior.<br><br>✶ MOGVNTINVM Quartũ, ſub Leone Quarto, multorum Epiſcoporum, cui præfuit Rabanus, quo Godſcalcus hereticus damnatus eſt, & multa ad vtilitatẽ Eccleſiæ ſunt conſtituta Abb. Trithem. in Chron.<br><br>✶ ROMANVM Trigeſsimum nonum, Sub | Lotharius. |

eodem



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .849. | Leo.4. | eodem Pontifice. Pro deponẽdo Anaſthaſio Cardinale, qui parrochiam ſuam, per quinq; annos deſeruerat, & alia crimina commiſſerat. Platina.<br><br>✶ SVESSIONENSE Secundum, Epiſcoporũ multorum, preſente Carolo Rege, apud Sanctũ Medardum, ſuper negotijs Epiſcoporum illius Prouinciæ. 3. Tom. Conciliorum.<br><br>✶ VALENTINVM Secundũ in Gallia. Qua- | Lotharius. |

O tuor

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 355. | | tuordecim Epiſcoporũ, Pro cauſa Epiſcopi illius Ciuitatis, de criminibus diffamati, diſcutienda. 3. Tom. Concilior. | |
| | Nicola' .1. | ✱ TICINENSE Secũdum, reformatorium, ſuaſu Ludouici Secundi Imperatoris, coactum 3. Tom. Concil. | Ludouicus. 2. |
| .865. | | ✱ ROMANVM Quadrageſimum, quo Ioãnes Rauenenſis Præſul, ſe de hæreſi purgauit, iniunctaq; ſunt ei, quæ oporteret, eum facere. Platina in vita Nicolai. | |

RO-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .865. | Nicola' .1. | ✱ ROMANVM Quadrageſimũ primũ, Epiſcoporum Centum & tredecim, Contra duo Prouincialia, Metenſe, & Aquiſgranenſe, quæ Teobergam, non eſſe Lotharij legitimam vxorẽ deffinierant, data ei alterius ducendæ poteſtate. Genebrardus. | Ludouicus. 2. |
| .865. | Adrianus. 2. | ✱ VvORMATIENſe Secũdum, quod in præfatione, Generale vocatur. Continet confeſsionem fidei Catholicę, multaq; vtilia ad ſtatũ fideliũ pertinentia. 3. To. Conc. | Ludouicus. 2. & Baſilius. |

 Con-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .868. | Adrianus.2. | ✠ CONSTANTinopolitanum Sextum, Octaua Generalis Synodus, nuncupatum. Epiſcoporum Trecentorum ſeptuaginta trium, Sub Adriano Secundo, cui prefuerunt Donatus, & Stephanus Epiſcopi, & Marinus Diaconus, eius Legati, contra Photium inuaſorem Sedis Conſtātinopolitanæ, quo eiecto latum eſt Anathema contra Iconomachos. Probata ſunt, ſeptem Concilia Generalia, habet Actiones Decem, & Canones | Ludouicus .2. & Baſilius. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | nes Viginti ſeptem. 3. Tom. Conciliorum. | |
| .879. | Ioā.8. | ✠ TRECENSE Primum, ſub Ioāne Octauo, qui huic prefuit Cōcilio, cui, interfuit Ludouicus Balbus, qui ibi à Pontifice eligitur Imperator, & Flandri ſubduntur, Tornacenſi Dioceſi. Sigeb. & Platina. | Ludou. Balbus |
| | | ✠ COLONIENSE Secundum, Septem Epiſcoporum, triumq; Abbatum, Super negotijs quibuſdā Eccleſiaſticis illius Prouintiæ. 3. To. Conc, | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 888. | Stephã. 5. | * MOGVNTINVM Quintum, multorũ Epiſcoporum, in quo multa ſunt decreta, ad ſtatum, & officium Epiſcoporũ, Clericorum, cæterorũq; fidelium, pertinentia. 3. Tom. Conciliorum. | Arnulphus. |
| 895. | Formoſus. | * TRIBVRIENSE Primum, Viginti duorum Epiſcoporũ, Ad extripandam radicem hęreſeos, Ad tollẽdum ſciſmatis occaſionem, Ad corrigenda Clericorum vitia, Ad reformandos mores, tam Clericorum, quã Laicorum cõgregatum, conti | Arnulphus. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | continet Canones Quinquaginta & octo. Iouerius. | |
| | | * METENSE, Cõſortia Iudeorum fidelibus prohibet, & alia vtilia ſtatuit. 3. Tom. Conc. | |
| 899. | Ioan. 9. | * NANNETENſe, Diuerſibus criminibus diuerſas pœnitentias imponendas, & decimarum quatuor portiones fieri debere, decernit. 3. Tom. Conciliorum. | Arnulphus. |
| | | * RAVENENSE Primum | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | Ioan. .9. | mum, Epiſcoporum Septuaginta quatuor, Francorum, & Italorum, à Ioãne Nono coactum, pro Ordinatiõe Formoſi Papæ approbanda. Geneb. ex Platina, & Sigeb. | Arnulphus. |
| .937. | Leo. 7. | ✶ ERPHORDIENſe Primum, contra Imperatorem qui Monachos eiecerat e clauſtris. Lambert. in Hiſtoria Germ. | Ludou. .4. |
| | | ✶ INGELHEIMENſe Primum, Epiſcoporũ Triginta quatuor, cui pręfuit Marinus Legatus Apoſtolicus præſentibus | |

Otho-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | Othonæ Germanorum, & Ludouico Francorum Regibus Hermannus Contractus. | |
| .954. | Agapit. .2. | ✶ AVGVSTANVM Secundum, apud Vindelicos, Epiſcoporum Viginti quinque, præſente Othone. 1. Imperatore. Hermannus Contractus. | Otho. .1. |
| .589. | Ioã. 12. | ✶ INGELHEIMENſe Secundum, Epiſcoporum Decem & ſex, præſente Othone. Genebrardus, ex continuatione Rheginonis. | Otho. .1. |

P Ro-

| Anni Dñi. | Ponti-fices. | CONCILIA. | Impera tores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | ✶ ROMANVM Quadrageſimum ſecundum, ductu Imperatoris congregatum, omnium fere Epiſcoporum Italiæ, quo depoſitus fuit Ioannes Papa Duodecimus, & creatus Leo Octauus, Genebrard. ex continuatione Rheginonis. | |
| .963. | Ioã.12. | ✶ ROMANVM Quadrageſimum tertiũ, quo Ioannes Duodecimus, Leonem Octauum, depoſuit, & damnauit eius acta, & Concilium Romanũ collectũ ab Othone, Sigebert. | Otho. .1. |
| | | Ra- | |



| Anni Dñi. | Ponti-fices. | CONCILIA. | Impera tores. |
| --- | --- | --- | --- |
| .966. | Ioã.13. | ✶ RAVENNENSE Secũdũ, plurimorũ Epiſcoporum, ſub Ioanne Decimo tertio, præſente Othone Imperatore, qui in hoc Concilio Vrbem, & terram Rauẽnenſem, Eccleſiæ reſtituit. Genebrar. | Otho. .1. |
| .990. | Ioã.16. | ✶ RHEMENSE Secũdum, Epiſcoporum totius Franciæ, contra Arnulphum Remorũ Archiepiſcopum, à Hugone Capeto collectum. Sigeber. & Volater. | Otho. .2. |
| | | ★ ROMANVM Qua | |

 dr-a

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .996. | Greg. .5. | drageſimum quartũ. Sub Gregorio Quinto, quo Sancitum eſt Imperatorem á principibus Germanis eligendum. Suplem. Chronic. | Otho. .3. |
| .1023. | Bened. .8. | ✶ SALEGVNSTAdienſe, Epiſcoporũ Sex, quo interfuit Bucharدus Vormatienſis Epiſcopus. Cõponitur in eo diſſenſio ſingularium cõſuetudinum circa diuinũ officium. ieiunia, & feſta Sãctorum. Habet Canones Viginti. 3. Tom. Conciliorum. | Henrr. .2. |

Tri-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .1030. | Ioã.20. | ✶ TRIBVRIENSE Secundum, ductu Conrradi Imperatoris collectum, in quo actum eſt de ſtatu Eccleſiæ, & præcipue de ieiunijs. Sigebert. | Conrradus.2. |
| | | ✶ PAPIENSE Primũ, ſub Gregorio Sexto. Herm. Contractus. | |
| .1049. | Greg. .6. | ✶ SVTRINVM Primum, non longe á Roma, ductu Imperatoris adtollẽdum ſchiſma triũ Pontiſicum. Benedicti Silueſtri & Gregorij, quibus ſublatis, Clemens. Secundus electus eſt. | Henrr. .2. |

P3 Blon.

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores: |
|---|---|---|---|
| | | Blōd.& Herm. Cōtract. | |
| .1049. | | ✶ ROMANVM Quadrageſimū quintū, Epiſcoporum Italiæ.Præſide Romano Pontifice, de ſtatu Eccleſiarum. Her. Contractus. | |
| | Leo.9. | ¶ HERMANVS Contractus auctor huius temporis, ſcribit Leonē Nonum,quatuor Cōcilia in Gallijs celebraſſe. | Henrr. .3. |
| | .1050. | ✶ PAPIENSE Secundum, De componēdo ſtatu Eccleſiarum, Præſide Rom.Pontifice. | |

Rhe-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ✶ RHEMENSE Tertium,de eadem re.Præſide Rom.Pontifice. | |
| | Leo.9. | ✶ MOGVNTINVM Sextum, Epiſcoporum Quadraginta. Præſide Romano Pontifice,& aſſidente Imperatore Henrrico,& alijs Principibus, pro cōponendo ſtatu Eccleſiarum, & reformatione Clericorum. | Henrr. .3. |
| .1052. | | ✶ VERCELLENſe,Præſide Romano Pōtifice,contra errorem Berengarij hæretici Sacramentorij,qui tunc primo | |

erro-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| .1053. | Leo.9. | errorem ſuum reuocauit, vt ait Giuliel Malmesber Libro Tertio, de geſtis Anglorum.<br><br>✶ ROMANVM Quadrageſimum ſextum, cõtra errorem dicti Berengarij.<br><br>✶ VVORMATIENſe Tertium, in quo Gerardus Leucorum Epiſcopus albo Sanctorũ aſcribitur. Sigebert.<br><br>✶FLORENTINVM Primum, tempore Victoris Secundi Papę quo, | Henrr. .3. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| .1055. | Victor .2. | eo Pręſide, Epiſcopi multi, de Simonia, atq; incontinentia conuicti, eiecti ſunt, ac multa in eo, de ſtatu Eccleſiaſtico ſunt inſtituta. Herm. Contr. Palmer. & Platina.<br><br>✶ROTHOMAGENſe, Epiſcoporum Septem, De caſtitate, & cæteris Patrum inſtitutis ſeruandis, Paſtorum incuria neglectis. Iouerius.<br><br>✶ TVRONENSE Quartum. Præſide Ildebrando Cardinali (qui poſtea fuit Gregorius Septimus) | Henrr. .3. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ptimus ) Legato Pontifice Romani, contra Berengarium, qui tunc ſecundo, erroris ſui cecinit palinodiã, & manu propria ſubſcripſit. Guiliel. Libro Tertio de geſtis Anglorum. | |
| .1059. | Nicolaꝰ .2. | * SVTRINVM Secundum, tempore Nicolai ſecundi, contra Benedictum Pſeudo Pontificem, pro ſciſmate diluẽdo. Platina in vita Nicolai Secundi.<br><br>* LATERANENSE Romanum Quadrageſi | Henrr. .4. |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .1059. | Nicalaꝰ .2. | mum ſeptimum, Epiſcoporum Centum & quatuordecim, In quo Pontificum electio, ad Cardinales tãtum delata eſt, ibiq; Berengarius tertio, errorem ſuum abiurauit, & libros ſuos cremauit, Plat. & Cap. Ego Bereng. de Conſecratione Diſtinctione Secunda.<br><br>* MEDIOLANENſe Primum, contra Simoniacos, & Nicolaitarum hæreſim, cui præfuit Petrus Damianus Cardinalis. Genebrard. in Chronographia, | Henrr. .4. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores: |
|---|---|---|---|
| .1065. | Alexã. .2. | ✶ MANTVANVM Primum, ab Alexandro Secundo coactum, contra Cadolum Antipapã & clericos libidinoſos. Ibi quarto Berengarius errorem ſuum reuocauit, pręſentibus Imperatore, & Alexandro Papa, qui, à Simonię crimine quod ſibi objiciebatur, iureiurando ſe purgauit, & ſic ablatum eſt ſciſma. Hiſtoria Pontificalis.<br><br>✶ MOGVNTINVM Septimum, Præſide Maguntino Archiepiſcopo, & aſſidente Imperarore, | Henrr. .4. |

De



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .1073. | Alexã. .2. | De ordinatione Cadoli Cõſtantienſis Epiſcopi, qui à Sede deiectus eſt. Lamb. Hiſtoria Germanorum.<br><br>✶ VVORMATIENSE Quartum, de quo Sabelius. Enead, Nona, Libro Tercio.<br><br>✶ ERPHORDIENSE Secundum, indictum ab Epiſcopo Maguntino, plurimorum Epiſcoporum Germaniæ, præſente Imperatore pro decimis Thuringiæ, Moguntino Præſuli ſoluen- | Henrr. .4. |

 dis

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | dis. Vbi & de cœlibatu Sacerdotum actum eſt. Lãbert. in Hiſtor. Germ. | |
| .1074. | Greg. 7. | * ROMAMNVM Quadrageſimũ octauũ, pro reformatione morum, & contra Simoniacos præcipue, á Gregorio Septimo coactum. Sãctus Anton. & Abbas Vſperg. | Henrr. .4. |
| | | * ROMANVM Quadrageſimum nonum, in quo notati ſunt anathemate, Gilbertus Archiepiſcopus. Hugo Cardinalis, & Henrricus Impera- tor, | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| .1076. | | tor, omnes Simoniaci, & qui ab Imperatore inueſtiturã acceperant. Anto. | |
| .1079. | Greg. 7. | * ROMANVM Quinquageſimum, in quo PP. Excommunicauit Henrricum Imperatorẽ. Imperioq; priuauit, excommunicatis etiam Mogũtino Prçſule, & omnibus Epiſcopis, & Clericis Imperatori Henrrico aſſiſtentibus, damnatis etiã conciliabulis Vormatiẽſi, & Moguntino ab Hẽrrico coactis, pro Gregorio Papa deponendo, Genebrard. | Henrr. .4. |
| | | Bene- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1087. | Victor .3. | ✶ BENEVENTANUM, ſub Victore Tertio in quo Præſidente Pontifice, rurſus Imperator, & laici dantes Sacerdotia, & Clerici accipientes, Simoniaci declarantur, & excommunicantur. Chronicon Caſſinenſe Libro Tertio. Capite Septuageſimo primo. | Henrr. .4. |
| .1090. | Vrban. .2. | ✶ MELPHICVM, Pręſide Vrbano Papa Secundo, pro morum reformatione. Hiſtoria Pontificalis. | |
| | | ✶ TROIANVM, in | |

Apulia



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Apulia, eodem Pontifice pręſide, de quo. 25. q. 6. Chronogr. Genebr. | |
| 1090 | Vrbanus.2. | ✶ PLACENTINVM Epiſcoporum totius Italiæ, Pręſide Pontifice, pro reformatione morum, in quo cõfirmata ſunt Acta, & Decreta Greg.7. contra Henrricum Imperatorem, & Gilbertum antipapam. Et Archiepiſcopus Toletanus Primas Hiſpaniæ declaratur. Genebrar. ex Platina, & Volaterrano. | Hérri. 4 |
| | | ✶ ROMANVM, quinquageſimũprimum | |

R in

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | in quo inueſtiturę Eccleſiarum, laicis prorſus adimuntur. Genebrar. | |
| 1095 | Vrba. 2. | *CLARAMONtēſe, Pręſide Pōtifice, Epiſcoporū, & Abbatū trecētorū, & decem, vt generale dici poſsit, Actū eſt in eo de reformatione Eccleſiæ, & de expeditione in Turcas, & decretum, vt milites profecturi Hieroſolymā, ſigno crucis inſignirētur, Platina, & Guilielmus de bello ſacro. | Herri. 4. |
| | | *PARISIENSE Quartum, à Gallis, Anglis, Flandris, Normanis | |

& Lo



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | & Lothoringis Epiſcopis celebratum, pro expeditione contra Turcas. *Abbas Vveſpergenſis.* | |
| 1095 | Vrba. 2. | *MELCHIENSE, coactū ab Vrbano Pōtifice, de cœlibatu ſacerdotū, de quo. diſt. 32. capit. eos qui. Forſan idem eſt quod Melphicū ſuperiꝰ relatū, quāuis à Genebrardo, vt diuerſa referūtur. | Henr. 4. |
| | | *BARENSE, IN quo *Anſelmus* Cātuarienſis ab *Anglia* tūc eiectus, Gręcos de ꝓceſsione Spiritus ſancti refutauit, Edner. in vita diui Anſelmi. | |

 Late

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1102 | | ★LATERANENSE Romanũ, Quinquageſimum ſecundũ, Epiſcoporũ Italiæ & Galliæ, Præſidente Paſchali.2.Papa, quo anathema cõtra Hẽricum confirmatur. *A*b. Vveſpergenſis. | |
| 1105 | Paſcalis.2. | ★FLORENTINVM Secundũ, prȩſide Paſchali Põtifice, cõtra Fluentiũ illius loci Epiſcopũ, qui natum Antichriſtum prȩdicabat, & cõtra Henrricum Imperatorem, Sabel.& Platina. | Hẽrri. 4. |
| | | ★NORTHVSENSE apud Turingos, Legatis | |

*A*po-



| Dñi. Anni | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1105 | | *A*poſtolicis præſidentibus. Actum eſt de doctrina, damnataque eſt Simonia, & nuptiæ ſacerdotum, quas Henrric. Imperator introduxerat. Abb. Vſpergen. | |
| | Paſc. 2. | ★LONDINVM Primũ in Anglia, ab Anſelmo Canthuarienſe celebratũ. Multa in eo ſalutaria ſunt inſtituta de reformatione eccleſiaſtici ſtatus. Polidorus Virgilius in hiſtoria Anglicana lib.1. | Henr. 4. |
| 1107 | | ★GVARDASTA-lẽſe in Lõbardia, multo- | |

rum

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | rũ Epiſcoporũ, & Principũ, in quo actũ eſt de iure eccleſiaſticorũ Platin. | |
| | Paſc. 2. | ★TRECENSE, vel Trecaſsinũ Secũdũ, in Galia, prҫſide Paſchali Papa, multorũ Epiſcoporũ. Interdicuntur nuptiæ ſacerdotibus, ab Henrrico introductҫ. Simoniaci, et laici collatores beneficiorũ proſcribũtur ab Eccleſia. Põtifex ſuppetias implorat à Philippo Rege Gallorum, contra Imperatoris factionem. Guilielmus de Nãgiaco hoc Concilium Vniuerſale appellat. | Henr. 5. |

L A-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ★LATERANENSE Romanũ quinquageſimũ tertiũ, Epiſcoporũ circiter cẽtũ, vbi Põtifex priuilegiũ de inueſtitura Epiſcoporũ, Hẽrico. V. Imperatori per vim cõceſſũ, reuocauit, eique aqua, & igni interdixit, Platina. | |
| 1112 | Paſc. 2. | ★REMENſe quartmu. ★BELLOuacenſe. ★CATHAlaunenſe. } Celebrantur in Gallia à Conone Apoſtolicæ ſedis legato. Arnald. in Chronographia. | Hẽrri. 5. |
| | | ✠LATERANẽſe Romanũ Quinquageſimum quartum, ſub Calixto Secundo, quod | |

Nonum

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | nonum Generale, & primum apud Latinos œcumenicũ Genebrardus vocat. *Patrũ nongentorũ*. Contra Sarracenos, & Turcas, pro recuperãda Terra ſancta. *Platina.* | |
| 1119 | Calixtus. 2. | ★RHEMENSE quintũ, à Gelaſio ſecũdo indictum, à Calixto celebratur, præſentibꝰ Legatis Henrrici Imperatoris cui interdictũ eſt aqua & igni, quod nollet Eccleſię recõciliari. *Proſcripti* ſunt in eo Simoniaci, & pro ſepultura, chriſmate, & baptiſmo, pretium exigẽtes. Guil. de Nangiaco | Henr. 5. |

NEA



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1120 | Calix. 2. | ★NEAPOLITANUM in Samaria, ad corrigendos mores, præſide Varamundo Hieroſolymitano Patriarcha, & præſente Balduino Hieroſolymitano Rege, cũ multis Oriẽtalibus Epiſcopis, æditi ſunt eo Concilio Canones. 25. Guilielmus Tyrius. | Henr. 5 |
| 1123 | | ★ROMANUM Quinquageſimũquintum, in quo pax inter Põtificem, & Imperatorem confirmatur, quòd Imperator in Comitijs Vvormatię, ius inueſtiturę ceſſiſſet Romano Pontifi- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | ci. Arnaldus Pontacus. | |
| 1123 | Calix. 2. | ★THOLOSANVM Secundum, præſide Calixto, contra quoſdam hæreticos monachos, in bona Eccleſiæ, & ſacramentũ Euchariſtiæ blaſphemos. Faſciculus temporum. | Lotharius. 2. |
| 1130 | Honorius. 2. | ★LONDINVM, ſeu Londinenſe Secundum, præſide Legato Romani Pontificis, ad deprauatos ſacerdotũ mores corrigendos. Polyd. in hiſtoria Anglicana. | |
| | | ★CRETENSE | |





| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | in Francia, ſub Honorio ſecundo, Tyrius lib. 12. cap. 7. celebratum refert ibiq; inſtituta eſt regula Templariorum militum decretumq; vt candido palio vterentur. Genebrardus. | |
| 1131 | Innocen. 2. | ★HERBIPOLIENSE Primum, præſente Lothario Imperatore, in quo cõfirmatur Ordinatio Innocentij Secundi. Pontacus. | Lotharius. 2. |
| | | ★CLARAMONTENSE Secundum, præſide Papa Innocentio Secundo, contra Anacle- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1131 | Inno. 2. | tum Pſeudo Papam, pro ſciſmate delendo. Plati.<br><br>✶ RHEMENSE Sextum, præſide Innocẽtio, cõtra ſciſmaticos. In eo coronatur, à Põtifice Ludouicus Galliæ Rex. Guilielmus de Nãgiaco.<br><br>✶ MOGVNTINVM Octauum, præſide Legato Apoſtolico. Trithemius in Chron.<br><br>✶ STAMPENSE, in quo Diuus Bernardus Petrum pſeudo Pontificem, qui ſe Anacletũ nominabat, repudiari perſua- | Lotharius. 2. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1131 | Inno. 2. | ſuadet, approbato *Inno*centio, vero Pontifice. Vincentius.<br><br>✠ LATERAnenſe Romanum Quinquageſimum ſextum, Patrum mille, ſub *Inno*centio Secundo, pro iure Cleri, & cõtra Pſeudo Pontifices, quod à Genebrardo in Chronographia. Decimum vniuerſale appelatur.<br><br>✶ PISANVM Primum, pro fide Chriſtiana tuenda in Siria, & con- | Lotharius. 2. |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | contra pſeudo Pontifices, & eorum fautores, quidam etiam ſcribunt fuiſse, contra Hérricum monachum Toloſanum Hæreticum. Genebrar. | |
| 1141 | Inno. 2. | *SENONENSE Primum, in Gallia, præſente Ludouico Rege, cõtra Petrum Abailardũ hæreticum. Nangiaco. | Cõrradus.3. |
| | | *ANTIOCHENum Tertium, plurimorum Epiſcoporum Oriẽtalium, præſidente Petro Antiſtite Lugdunenſe, Legato Apoſtol. contra Rhodulphũ Patriar- | |

cham



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | cham Antioch. hæreticum, qui depoſitus eſt, & recluſus in monaſterium. Tyrius. | |
| 1131 | Inno. 2. | *HIEROSOLYmitanum Septimum, eodem Petro Legato præſide, contra errores Armenorum, quos Maximus Epiſcopus, qui concilio interfuit, promiſsit ſe curaturum emendari. Tyr. lib.5.cap.18. | Cõrradus.3 |
| | | *LVGDVNENSE Quartum, contra Rodulphum Patriarcham Antiochenum, qui depoſitus eſt, & recluſusin mo- | |

naſte-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | naſterium. Chronographia. Genebrard. | |
| 1144 | Cele. 2. | ★LATERANENSE Romanum Quinquageſimumſeptimum, ſub Celeſtino ſecundo, quo decretum eſt, ne laici clericis, vim inferre audeant. Chronographia Genebrard. | Cõrradus. 3 |
| | Eugenius. 3 | ★ VEZELIACVM, in Burgundia, pro expeditione contra Turcas præſide Eugenio tertio, & præſente Ludouico Gallorũ Rege, & Diuo | |

Ber-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | Bernardo. Genebrardus. | |
| 1148 | Eugenius. 3 | ★RHEMENSE Septimum, preſide *Eugenio* Papa, & præſente etiam Diuo Bernardo, contra hæreſim Gilberti Pictonum Epiſcopi, quam ipſe in Concilio publice recãtauit, & contra quẽdam Eonem qui ſe magnum prophetam, imo Dei filium prædicabat, & ex ſuis diſcipulis quoſdam Angelos, quoſdam Apoſtolos conſtituebat. Ottho Friſingen. | Cõrradus. 3 |
| | | ★ TREVERENSE *Primum*, cui interfuit | |

T Eu-

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | Eugenius Papa, cum decem & octo Cardinalib⁹, & D. Bernardo. In eo recepti ſunt libri quinque Hildegardis. Trithemius in Chron. | |
| 1163 | Alexã der 3. | ★ CLARAMONTENſe Tertium, præſide Alexandro Papa tertio, contra Victorem Antipapam, & Fredericum Imperatorem fautorem eius. Platina. | Fræderic. ænob. |
| | | ★ TVRONENSE Quintum, præſide Alexãdro Papa, in quo acta Conciliabnli Papienſis | |

à Vi-



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
| --- | --- | --- | --- |
| | | a Victore Antipapa celebrati, cum eius auctore, & fautoribus ſunt dãnata. Genebrardus, ex Sigeberto. | |
| 1171 | | ★ CASSELENSE in Hibernia ductu Henrrici Regis Angliæ coactum, pro reformandis moribus illius gentis. Polidorus Virgilius. | |
| | Alexã der. 3. | | Fredericus ænob. |
| 1178 | | ✠ LATERAnẽſe Romanũ Quinquageſimũ octauum, Epiſcoporũ Ducentorũ viginti & octo. Vndecimum Generale nuncupatum, prç | |



ſide

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1178 | Alex. 3. | ſide Alexandro Tertio Summo Pontifice, continet capita. 50. reformatoria, damnatur in eo ſecta Vvaldenſium, & Catharorum, lex de duabus tertijs ſuffragiorum Cardinalium in electione Põtificis ſtabilita eſt, ad ſciſmata cauenda. 3. Tom. Conciliorum, & ſanct. Antoninus. | Fræderic. œnobar. |
| | | ✶NORTHANTOnenſe Primum, in Anglia, præſide Hugone Cardinali Apoſtolicę Sedis Legato, pro componenda controuerſia inter Eboracẽſem, & Can thua- | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | thuarienſem Archiepiſcopos, qui de primatu in Scotos Epiſcopos cõtendebant, vicit Eboracenſis, & multa in eo ſunt ſtabilita pro Chriſtianæ religionis ſtatu. Polidorus Virgilius. | |
| 1185 | Luci°. 3. | ✶VERONENSE, præſide *Lucio Papa* tertio, vt Chriſtiani occidui, Aſianis ſuppetias ferrent, contra Turcas, & contra *R*omanorum ſuperbiã, qui moleſti erant *P*ontifici. *P*latina. | Fredericus. |
| | | ✶PARISIENSE Quin- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | Quintum, Epiſcoporum Galliæ, ſub Vrbano tertio Papa, pręſente Philippo Rege Gallorum, pro expeditione contra Turcas. Rob. Guag. lib. *6*. | |
| 1190 | Clem. 3. | ★PARISIENSE Sextum, coactum à Philipo Rege Gallorum, ſub Clemente Tertio, in quo decimæ ab Eccleſiaſticis conceſſę ſunt Philipo, ad bellum gerendum contra *S*aladinũ, à quo decimæ *S*aladinæ dictę ſunt. Robertus Guaguinus. | Hērricus. *6*. |
| | | ★ DIVIONENSE, plu- | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1215 | Innocēti°. 3 | plurimorum Epiſcorum Galliæ, præſide Legato Apoſtolico, qui ſecundò, ex ſententia Concilij Philipo Regi, & toti Regno ſacris interdixit, quia relicta legitima vxore, Rex Agnetem Ducis Morauię filiam duxerat. Rex appellauit ad Papam, ſeu, vt alij dicunt, ad generale Concilium. Robert. Guag. lib. *6*. | Henricus. 6. |
| | | ✠ LATERAnenſe Romanum Quinquageſimumnonũ. Duodecimum Generale Cõcilium œcumenicum, om- | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1215 | Inno. 3. | omnium quæ vnquàm fuerunt in Europa celeberrimum, contra errores Abbatis Ioachim, in quo præfuit Innocentius Papa tertius. Inter fuerunt duo Patriarchæ Conſtātinopolitanus, & Hieroſolymitanus. Archiepiſcopi, tum Græci, tum Latini. Septuaginta, Epiſcopi quadringenti & duodecim. Abbates & Priores Conuentuales, octingēti. Legati omnium Regum Chriſtianorum. Statuta ſunt in eo capita Septuaginta ad fidem, mores, & ſtatū Eccleſiaſticum pertinentia. | Henricus. 6. |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| 1215 | Innocētiꝰ.3 | tia, Tranſubſtantiationis vocabulum, autoritate Cōcilij eſt receptum, & certus habitus Iudæis eſt aſsignatus, quo à fidelibus ſecernerentur, actum eſt etiam de recuperāda Hieroſolyma. 3. Tom. Conciliorum. | Henricus. 6. |
| 1225 | Honorius.3. | ★GERMANICUM, præſide Cunrrado Legato Apoſtolico, contra Simoniacos, & concubinarios. 3. Tom. Conciliorum. | Fredericꝰ.2. |
| | | ★OXONIENSE Primum, præſide Stepha | |

| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA | Imperatores. |
|---|---|---|---|
| | | no Archiepiſcopo, actũ eſt in eo de officio, & ſtatu Eccleſiaſticorum. 3. Tom. Conciliorum. | |
| 1236 | Gregorius. 9 | ★LATERANENſe Romanum Sexageſimum, tempore Gregorij noni, qui huic Cõcilio prçſedit, & Fræderícum Imperatorem Eccleſiæ rebellem anathematizauit, & Imperio priuauit. Platina. | Fræderi. 2 |
| | | ★LONDINENſe ſeu Londinum Tertium, præſide Otthone Cardinale, Apoſtolico | |



| Anni Dñi. | Pontifices. | CONCILIA. | Imperatores. |
|---|---|---|---|
